sua negligentia doleant qz non feruenti⁹ operib⁹ pnie ⁊ virtutis insudarunt. Sicut igit̄ in eodē Ecci. ca. d̄r. Memento nouissimoꝝ ⁊ noli obliuisci. Neqꝫ em̄ est cōuersio. Et sicut dicit saluator Lu. xxj. Vigilate itaqꝫ oī tpe orantes vt digni habeamini effugere q̄ ventura sunt ⁊ stare añ filiuz hois. Sed heu heu q̄ꝫ pauci h̄ considerāt. Heu quanta in multis sue salutis negligētia. O q̄ꝫ stulti q̄ꝫ insensati q̄ dei iudiciū non cogitant ⁊ q̄ ad euadendā iudicis irā non ꝓuident. Ps̄. Intelligite insipientes ī populo ⁊ stulti aliqñ sapite. Et Deut. xxxij. Gens absqꝫ ꝯsilio ⁊ sine prudentia vtinaz saperent ⁊ intelligerent ac nouissima ꝓuiderent. Considerate itaqꝫ charissimi hore mortis dubietatē: demonis calliditatē: & implacabilē tunc iudicis seueritatē: & pensate qm̄ tunc impossibile vobis erit saluti vr̄e ꝓuidere qd̄ tñ nunc facile est. Nunc ei ꝓpior est nostra salus. Paꝝ nobis ꝓdesset primū aduentū dñi celebrare in q̄ venit vt redemptor nisi sic p̄parati essem⁹ tanq̄ꝫ secure expectantes tertiū eius aduentū in q̄ manifestabit̄ vt iudex. Quid em̄ obstinatis pctoribꝫ ꝓderit gaudiū dñice incarnationis et natiuitatis qñ in dei iudicio oīa eius gaudia conuertent̄ in luctū? Tunc ei verificabitur de illud qd̄ d̄r. j. Mach. j. Dies festi eius conuersi sunt in luctū: sabbata eius in opprobriū: honores ei⁹ in nihilum: scd̄m gl̄iam eius multiplicata est ignominia eius: ⁊ sublimitas eius cōuersa ē in luctū. Hec ibi. Ne igit̄ differatꝫ amplius scientes qz hora est ⁊c. Audi terribilem cōminationē iudicis. Apo. iij. Si non vigilauerꝫ veniā ad te tanq̄ꝫ fur ⁊ nescies q̄ hora veniā ad te. et Mat. xxiiij. Si dixerit malus seruus in corde suo: morā facit dominus me⁹ venire ⁊ ceperit ꝑcutere conseruos ⁊c. Veniet dñs serui illius in die q̄ non sperat ⁊ hora q̄ ignorat ⁊ diuidet eū: partēqꝫ eius ponet cū hypocritis Ibi erit fletus ⁊ stridor dentiū. Hec ibi. O quāta confusio tunc erit vicz in dei iudicio his q̄ nunc negligunt preparare. Cum em̄ iusti possint dicere illud Phil. iij. Saluatorē expectamus dñm ⁊c. Illi certe hñt dicere. Damnatorē expectamus.

Hec de prima principali ꝯsideratione superius ꝓposita iuxta verba p̄assumpta vicz Hora est iam nos de somno surgere.

Sequit̄ scd̄a p̄ncipalis consideratio.

Secunda principalis cōsideratio est consideratio miserāde dispositionis que tangit̄ cum dicit̄ de somno. Dicit Aug⁹. super Psal. lxij. q̄ somnus anime est obliuio dei. Hmōi autez obliuio est per pctm̄. Status itaqꝫ pcti d̄r somnus ꝓpter eius miserabilē dispositiōez Sicut enī dormiens non habet plenas operationes vitales vite corꝑalis ꝓpter quod ꝑhs dicit. j. Et h̄. q̄ somnus est dimidiuz vite. Sic qui est in pctō non habet opationes vite spūalis Prouer. xxiiij. Vsqꝫ q̄ piger dormis: vsqꝫ q̄ de somno ꝯsurges? Parum inquā dormies. q. d. Excita teip̄m diligenter qz hora est iā nos d̄ somno surgere. Nisi em̄ teip̄m excitaueris: tñ citovelis nolis excitaberꝫ cū manifestabit̄ sup̄ te ira dei, qz sicut d̄r Ecci. v. In pctōres respicit ira dei. Vt aūt plenius videamus q̄ꝫ conuenienter pctm̄ d̄r somnus et q̄ꝫ miserabil̄ sit status pctōꝝ: considerare debemus qm̄ spūaliter pctm̄ aufert tria q̄ corꝑaliter auferunt̄ ꝑ somnū corꝑis.

Primū est actualitas sensationis.
Scd̄m est facultas opationis.
Tertiū est ptās defensionis.

Primo pctm̄ aufert actualitatem sensationis. Sicut em̄ dormiens non vtitur actualiter potentijs sensitiuis corporalib⁹: sic in pctō iacens non vtit̄ sensibus spūalibus. nam per pctm̄ efficit̄ spūaliter insensibilis ⁊ hoc quantū ad oēs q̄nqꝫ sensus. Primo quantū ad tactū. Cū em̄ pctm̄ sit onus grauissimū iuxta illd̄ ps̄ Sicut onus graue grauate sunt sup̄ me. s. iniquitates mee. Onus inquā sic graue q̄ nec celum nec firmamentū vna hora potuit illud sustinere. Luce. x. Videbam sathanam sicut fulgur de celo cadentem. Et tamen miser homo non sentit illud onus sz tamen sentiet postea. Si grosse turres et magni montes et lapides super peccatorem caderent: non sic eum deprimerent sicut vnum peccatum morale. Relinquerēt enim eum super superficiem terre. illud

Sermo de aduētu dñi

aūt vsq; ad centrū terrę ⁊ loca inferni de/scendere compellit. Heu heu q̄d de centū/q̄d ō mille grauissimis pctis q̄ profunde labi faciunt. Sic ille qui portat vel trabē onus in aq̄ non bñ sentit pondus donec ō aq̄ exierit. Sic onus pcti in aq̄s delitiarū non sentit q̄d q̄ exierit hō de delitijs hu/ius vite tunc sentiet q̄ntā sit pcti grauitas Esto igit deponendū esset hoc onus. Ille em̄ q̄ magnū onus hz sup collum non ces/sat currere donec veniat ad locū vbi debet deponere. Sic deberet pctōr festinare ad deponendū onus pcti p contritionē ⁊ con fessionē Heb.xij. Deponentes oē pond⁹ ⁊ circunstans nos pctm̄ p patientiā curra mus ad p̄positum certamen. aspicientes in auctorem fidei ⁊ p̄fūmatorē ihesum q̄ p̄po/sito sibi ⁊c Item cum pctm̄ sit infirmitas grauissima ⁊ graue vuln⁹ anime. hoc tñ pec/catores miseri non sentiunt Ps. Sic vul/nerati dormientes in sepulcris. Est em̄ pec cator sicut ille q̄ habet mēbra aliqua stupi da que non sentiūt infirmitatē suam Ber. Scio longe a salute esse mēbrū q̄ obstu/puit ⁊ egrum sese non sentientē periculosi/us laborare. Item cū pctōr verberet gra/uiter a suggestione diabolica ⁊ trabatur ī viam p̄ditionis: ipe tñ non dolet nec; sen tit. Prouerb.xxiij. Eris quasi dormiens ī medio maris ⁊ quasi sopitus gubernator amisso clauo/ ⁊ dices. Verberauerunt me ⁊ ego non dolui/ traxerūt mē ⁊ ego nō sen si. Hec ibi. ¶ Scō pctm̄ reddit hominez insensibilem q̄ ad gustum spūalem. Pctm̄ em̄ ⁊ maxīe diu continuatū aufert oēm sa porem diuine dulcedinis ⁊ eius spūalium inficiens palatū cordis vt omnia spūalia videant sibi amara. Ps. Omnem escā abo/minata est anima eor. Et glosa sup illud ps Quā magna multitudo dulcedinis tue do mine/ dicit. Hanc dulcedinē non sentiūt q̄ palatum cordis habent infectū febre ira/rum Item cum ipa pcā amaritudinē gra uem habeant/ iūcta illud Hiere.ij. Scito ⁊ vide q̄ malū est ⁊ amarū reliquisse te do minū deū tuum. Tū multi q̄ sunt nutri/ti ⁊ assueti in pctis. Ideo sibi vident pcā dulcia ⁊ sapida quēadmodū piscib⁹ aq̄ ma ris Esa.v. Ve qui dicitis malū bonū: ⁊ bo num malū/ ponentes amarū in dulce ⁊ dul ce in amarū. ¶ Tertio q̄ ad sensū odorat⁹ Cum em̄ pctm̄ sit fetidissimū: miser tamē pctōr fetorē eius non p̄cipit. Ansel. Tolera bili⁹ fetet canis putridus coram homib⁹ q̄ ania peccatrix coram deo ⁊ angelis eius. Ire cum in virtutib⁹ sit odor suauissim⁹. iuxta illud Cañ.j. Curremus in odorē vngue/torū.et miserrim⁹ tū pctōr q̄no nō p̄cipit. Ber. Qui non sentit odorē tuū: aut mor/tuus: aut fetidus est dñe. ¶ Quarto q̄ ad auditū spūalez. Pctōres em̄ non audiunt verbum dei aure cordis: lz forte q̄ncq; au/re corpis. Hiere.xvij. Nō audierunt neq; inclinauerūt aurē suam: sed indurauerunt ceruicē suam ne audirent me ⁊ ne accipe/rent disciplinā. Hec ibi. Pctōres q̄ppe nō audiūt deum ipsos reuocantē. Esa.l. Vo caui ⁊ nō erat q̄ audiret. Et Hiere.xj. Nō audierūt neq; inclinauerūt aurē suam: sed abierūt vnusquisq; in p̄auitatē cordis sui Sed attendite diligēter q̄d in eodem ca. dicit. Maledict⁹ q̄ non audierit verba pa cti hui⁹ q̄ō p̄cepi patribꝫ vestrꝫ ⁊c. Et ibi/dem post. Audite vocē meā ⁊ eritis mihi in pop⁹lū ⁊c ¶ Quinto facit peccatū ho minē insensibilē q̄ ad visum spūalem. Sa phon.j. Ambulabūt vt ceci quia dño pec cauerūt. ¶ Figura Tob.ij. Tobias dor/miendo ex stercore hirundinis visum p̄di/dit. sic homo ex stercore.i. ꝓditate peccati. Precipue aūt pctm̄ impedit peccatorꝫ vi/sum et considerationē q̄ntum ad tria: q̄rū tamen cōsideratio est p̄maxime necessaria ¶ Primo impedit ne pctōr recognoscat ter/ribilē dei maiestatē. Esa.j. Cognouit bos possessorē suū. israel aūt me non cognouit: dr dñs. et Esa.xlv. Accinxi te ⁊ nō cogno uisti me. Ibidē. Vocaui te nomie tuo: assi milaui te ⁊ non cognouisti me. Et Deut. xxxij. Oblit⁹es dñi creatoris tui. Idē sic dr Paul⁹.j. Cor.xv. Euigilate iusti ⁊ no lite peccare: ignorantiā em̄ dei q̄dam hñt ¶ Scōo impedit ne hō recognoscat mise rabilē sui vanitatē. Greg. Eo ipso hō ve/hementi⁹ desipit q̄ semetipm̄ nescit. Ber. Multi mīta sciūt ⁊ semetipos nesciūt ⁊c. ¶ Tertio impedit ne recognoscāt detesta bilē pcti qualitatē. Non em̄ videt pctōres stat⁹ sui vilitatē ¶ Figura. Loth dormiēs non p̄cepit q̄n cum filiab⁹ suis concubuit. vt habet Ben.xix. Hiere.ij. q̄ vilis facta es nimis. Item non vident stat⁹ sui pau/

pertatem. Figura Gen. ix. Noe dormiẽs non sensit se nudatũ neq; ꝑcepit. Apocal. iij. Nescis q̃a miser es ⁊ miserabilis: pauper ⁊ cecus ⁊ nudus. Bern. Pauptas ꝑniciosa est meritoꝝ penuria. Item nõ vident stat⁹ sui ꝑiculositatem. Figura Jone j. Jonas sopore depssus q̃litatẽ tꝑis ⁊ q̃ntitatẽ ꝑiculi nõ aduertit: cũ tñ totũ ꝑiculũ veniret ꝓpter ipm. Sic dormiẽs in peccato tp̃s suum amittit: nec sue dãnatiõis ꝑiculum aduertit. Ps. Nescierũt neq; intellexerũt: in tenebris ambulãt. Est ḡ pctõr dormiens imo cecus q̃ neq; videt supra se terribilẽ dei maiestatẽ: neq; videt seipsum neq; miseriã stat⁹ sui. Inq̃ntũ aũt pctõr ñ videt stat⁹ sui vilitatẽ similis est ceco q̃ in lutũ cecidit q̃ non videt se inq̃natum cũ tñ multũ sit deturpat⁹.. Ps. Cõprehẽderũt me iniq̃tates mee ⁊ nõ potui vt viderem Et sicut cec⁹ sepe cadit ⁊ offendit: sic peccator. Tob. xj. Cepit pater cecus currere offendens pedib⁹. Inq̃ntũ aũt ipe pctõr ñ videt suã pauptatẽ imo sibi ꝑpi cã est volũtaria pauptat; sue/similis est hoi stulto citato ad iudiciũ q̃ bonos ⁊ fideles testes q̃ꝝ testimonio causam suaz defendere posset: in medio vie sue interficit: ⁊ illos q̃ cõtra ipm testimoniũ daturi sunt secum adducit ⁊ nutrit. Pctõr em̃ bona opa sua interimit ꝑ pctm̃ ⁊ mala secum portat. Opera em̃ bona testimoniũ ꝑhibent ꝑ homine et mala ꝯ ipm. Jo. x. Opa q̃ ego facio ipa testimoniũ ꝑhibent de me. Inq̃ntum aũt pctõr nõ videt stat⁹ sui ꝑiculositatẽ similis est homi q̃ velat; oculis ducit ad patibulum: qd tñ non videt nec ꝯsiderat. Thre. vl. Ve nobis quia peccauim⁹: ideo obtenebrati sunt oculi nostri. Inq̃ntum autez non videt supra se terribilẽ dei maiestatem et sue iusticie seueritatẽ/nec in seipo miserabilẽ sui vanitatẽ: similis est homi debilissimo ⁊ infirmo nullaten⁹ effugere valenti q̃ habet gladiũ acutissimũ vibratũ super caput suũ quẽ tñ nõ videt neq; curat. Ps. Nisi cõuersi fuerit; gladiũ suũ vibrabit: arcũ suũ tetendit ⁊ parauit illum. Sap. ij. Excecauit eos malicia eorũ. Audi igit o pctõr somnolẽte in pctis dormiẽs: Audi Paulũ dicentẽ Ephes. v. Surge qui dormis et exurge a mortuis ⁊ illumi nabit te christ⁹ Surge itaq;/ ne differas amplius: quia hora est iam nos de somno surgere.

Secundo peccatuz aufert

facultatẽ opatiõis. Dormiẽs q̃ppe nec pedem nec manũ mouet: nihil opat: nihil lucrat. Sic dormiẽs in pctis nihil meritorium opat. Pctm̃ em̃ reddit hoim inutilez ⁊ infructuosum ⁊ similẽ mari mortuo qd nihil generat ꝑtinens ad vitam. Esa. lix. Opa eoꝝ opa inutilia. Et de viro maledicto dr Hier. xvij. Erit q̃si mirice in deserto: quia sine fructu ⁊ sine vtilitate. O q̃ inutilis est stat⁹ pcti. Ad nihil em̃ valet nisi ad mortẽ eternã. Ro. vj. Stipẽdia pctĩ mors. Q, aũt existens in pctõ nihil possit facere fructuosuz seu meritoriũ: probat q̃a charitas ⁊ gratia sũt ꝑncipiuz ⁊ radix merendi. Ideo dr Paul⁹. j Coꝝ. xiij. Si linguis hoim loq̃r ⁊ angeloꝝ ⁊c. charitatem aũt non habeam: nihil mihi ꝓdest. s. ad salutem. Pctm̃ aũt mortale excludit gratiã et charitatẽ. ij. Coꝝ. vj. Que cõuentio iusticie cum iniq̃tate. Item meritũ dr opus virtuosum acceptatũ a deo ad vitam eternam. Nihil ḡ est meritoriũ nisi placẽs do. sed non potest homis opatio esse placens deo nisi ipe hõ deo placeat. Ideo dr Gen. iiij. Respexit dñs ad Abel ⁊ munera eius Primo q̃dem ad Abel ⁊ deinde ad mũera eius. q̃ vicz nõ sunt oblatiões aut munera aut opa ꝑsone alicui⁹ acceptabilia do nisi ipsa ꝑsona prius sit accepta. sed ꝑsona existens in peccato mortali non potest esse placens deo. Sap. xiiij. Odio est deo impius ⁊ impietas eius. ergo neq; eius operatio potest esse deo placens: et ꝑ cõseq̃ns neq; meritoria. Item existens in peccato mortali dignus est pena eterna. iuxta illd Athanasij. Qui vo mala egerũt ibunt in ignem eternum. Et. ij. Thes. j. Qui non obedierint euangelio dñi nr̃i iesu chri penas dabunt interitũ eternas. Opus autẽ meritoriũ reddit hoiem dignum vita et̃na gloriosa. igitur ⁊c.

¶ Prima ratio dici potest rõ exclusionis. q̃ vicz peccatũ excludit radicem meriti.

¶ Scda dici potest ratio indignationis. quia vicz homo per peccatũ incurrit indi(gnationem dei.

¶ Tertia dici potest ratio obligationis. quia videlicz ꝑ pctm̃ obligat homo ad penam eternam.

Tertio peccatū aufert potestatē defensionis. Figura Iud. v. Sisare dormiētꝫ caput cu clauo terre figit. Et Iud. xv. Sāson dormiēs crine ꝛ fortitudine spoliat. Et. j. Reg. xxv. Saul dormiens amisit sceptrū ꝯsolatōis ꝛ hastā defēsionis. Sic pctōr dormiens in pctō amisit fortitudinē spūalem ꝛ ptātem defensiōis. Et hoc propter triplicē rōnem. ¶ Prima dicit ratio ꝑniciose subiectionis. quia vicꝫ homo per pctm̄ subijcit diabolo tanq̄ seruus qui est sub ptāte dñi sui. ij. Pe. ij. A q̄ quis supatus est: eius ꝛ seruus est. Dicūt naturales qꝛ ex q̄ ceruus victus est ab alio ceruo nunq̄ ei postea resistit. sed qñ occurrit ei/ q̄si dñm eū reputās/ caput inclinat ꝛ cornua/ in signū subiectionis ꝛ seruitutis Sic miser homo vict⁹ a diabolo ꝑ cōsensum pcti: ei postea nō resistit. Seruus q̄ꝑpe nō potest recedere ꝺ seruitio dñi sui qñ vult: sic nec hō a peccato. Piscis per se intrat nassam ꝛ qñ vult: sed non ꝑ se ꝛ q̄ndo vult exit. Ps. Spūs vadens ꝛ nō rediēs Vadēs. s. ꝑ se in pctm̄: sed nō ꝑ se rediēs.

¶ Secunda ꝺr ratio damnose ꝑuationis. q̄ vicꝫ hō ꝑ pctm̄ priuat auxilio diuīe gr̄e Ideo sicut nauis fracto gubernaculo non q̄ vult dñs eius ducit: sed q̄ eam vent⁹ impulerit. Sic vt ꝺt Chrys. homo q̄ est i peccato diuine gr̄e auxilio ꝑdito non qꝺ vult agit: sed quod diabol⁹. Rom. vij. Qꝺ nolo hoc ago. Thren. j. Abierūt absq̄ fortitudine ante faciem subsequentis.

¶ Tertia ꝺr ratio ruinose debilitationis. quia vicꝫ per peccatuꝫ debilitat inclinatio hominis ad bonū virtutis. Qꝺ ꝓbat Thomas. ij. q. lxxxv. quia ꝑ actus hūanos fit inclinatio ad similes actus. Ex hoc aūt q̄ aliq̄d inclinat ad vnū ꝯrioꝝ debilitat ei⁹ inclinatio ad aliud. Unde cū pctm̄ sit ꝑtuti contrariū: ex hocipō q̄ hō peccat debilitat eius inclinatio ad bonū virtutis. Hec Tho. Vñ peccatū dici pōt paralysis spiritualis. Matth. viij. Puer meus iacet in domo paralytic⁹ ꝛ male torquet. Peccator em̄ ꝑ seipm̄ a pctō surgere non potest: neq̄ ab hostib⁹ suis se defendere. Ex dictꝫ itaq̄ patꝫ q̄ status peccati ꝯueniēter dicit somn⁹: ꝛ q̄ miserabilis sit dormitio peccati: et quāto diuturnior/ tanto peior. Ideo sine vlteriori dilatione hora est iam nos de somno surgere. ¶ Hec de secunda consideratione principali in ꝟbis propositis superius insinuata

Sequit tertia cōsideratio

Tertia ꝑncipalis ꝯsideratio que in ꝑassumpto themate tangit: est cōsideratio excitāde affectiois q̄ notat cū ꝺr: surgere. i. a somno excitari. Possunt aūt huiusmodi excitationis affectus tres ꝑcipue rōnes assignari ex consideratione triplicis aduentus dñi ꝓuenientes. Ideo hui⁹ triplicis aduentus cōsideratio nobis ostendit manifeste qꝛ hora est iam nos de somno surgere.

¶ Prima est stimulatio feruentis amoris q̄ in nob esse dꝫ ex ꝯsideratiōe ꝑmi aduentus dñi qui est maxime admirabilis.

¶ Secunda est afflictio vrgentis doloris que in nob esse debet ex ꝯsideratiōe aduētus in mentē q̄ est maxime desiderabilis

¶ Tertia est sollicitatio pūgentꝫ timoris. Cum em̄ dñs ex sua miscdia inextimabili ad nos venire velit ꝛ i nobis habitare: valde nobis dolenduꝫ est pro peccatꝫ quibus a nobis deum repellim⁹ ꝛ diabolo nosmet ipsos subijcim⁹. Sollicitatio aūt timoris in nobis esse debet ex consideratōe vltimi aduentus qui est maxime terribilis. s. aduentus in iudicium. Qꝫ stimulatio amoris sit excitationis et vigilie causa: patet. Nam Gen. xxxj. Jacob ꝓ rachel seruiens ex amore dicebat. Fugiebat somnus ab oculis meis. Unde etiā amor dei vigiles nos facit in bonis opibus. De afflictiōe aūt doloris q̄ sit excitatiōis ꝛ vigilie causa: patet. quia infirmi acerbitate morbi: et pueri cum virgis excitant. Unde. j. Machab. vj. dicit Antioch⁹. Recessit somn⁹ ab oculis meis: ꝛ occidi ꝛ corrui ꝛc. et sequit. In quantā tribulationē deueni et in quos fluctus tristicie in qua nunc sum qui secundus erā ꝛ dilectus in potestate mea De sollicitatione autē timoris patet: quia vigiles sunt qui sentiunt a suis hostib⁹ circūdari: et q̄ timent vehementer aliqꝺ magnum imminēs ꝑiculum. Ideo bene dicit Mar. xiij. Vigilate: nescitis em̄ qñ tēpus sit. s. comparēdi coram summo iudice.

¶ Ut igit triplicem predictam excitationis ꝛ vigilie rationem habeam⁹: oportet

nos toto mentis affectu triplicem predictum dñi aduentum considerare
Primo aduentum in carnem.
Dehinc aduentum in mentem.
Postremo aduentum ad iudicium.

De aduentu domini in carnem

Circa aduentum dñi in carnem (cuius deuota cōsideratio diuinuz in nobis amorē accendere debet) Tria sunt p̄cipue consideranda
Primū est veniendi causalitas.
Secundū est venientis benignitas
Tertium est aduentus oportunitas
Primo est considerāda veniendi causalitas. Ubi notande sunt tres huius cause principales.
Prima est diuine miserationis liberalitas
Secunda est nostre liberatiōis necessitas miserabilis.
Tertia est nostre promotionis utilitas inexplicabilis.

Prima igitur causa huius aduentus dñi in carnem est diuina liberalitas ꝛ infinita dei miscōdia. Circa quā ad p̄sens faciemus triplicem cōsiderationem
Prima est consideratio declarationis
Secunda compationis
Tertia instructionis.
Prima igit̄ est consideratio declaratiua: vbi vicz declarandū est quomō diuina liberalitas causa fuit filio dei veniēdi in carnem. Bern̄. in quodaz sermōe. Porro inextimabilis dignatio ac penitus inenarrabilis ꝙ in carceris huius fetorem horroremq; tanta dignata est descendere celsitudo. Jam quis dubitet magnū aliquid in causa fuisse ꝙ tanta maiestas in locū tāindignum descēdere dignata est. Plane magnum aliq̄d: quia misericordia magna: q̄a miseratio multa: quia redemptio copiosa. Hec Bern̄. Vere itaq; non ex aliquo p̄cedenti merito: sed ex dei misericordia et liberalitate venit ip̄e domin⁹ in mundum Verūtamen ꝑm beatū Bonauen. in. iij. dist. iiij. Notandū: ꝙ de incarnatiōis mysterio loqui possumus Vel quantum ad temporis circumstantiā: Vel quantuz ad eius efficaciam: Vel quantum ad ei⁹ substantiam siue essentiam. Si quantum ad temporis circūstantiā: potest concedi absq; calūnia cadere sub merito precum ecclesie. Sancti em̄ patres flagrantissimis desiderijs meruerunt incarnationis accelerationem. De quibus Bernard⁹ ꝑmone. ij. super Cantic. ait. Ardorem desiderij patrum suspirantium christi in carne presentiam frequentissime cogitans compūgor et confundor in memetipso: et vix contineo lachrymas: ita pudet teporis torporisq; miserabilium temporū horum. Cuinanq; nostrum tantum gaudium ingerat gratie huius exhibitio/ quantum sanctis patribus accenderat desideriuz promissorum. Hec Bernardus. Si etiam loquamur de beneficio incarnationis quantum ad efficaciam que erat liberatio a seruitute diaboli et a reatu carentie visiōis dei: cadit sub merito. Sed si de illo loquamur quantum ad illius beneficij substantiam: dicendum est ꝙ trāscendit omniū sanctorum merita. propter quod nō est iuste retributionis: sed dignationis eminentissime. Nam si cōgregetur in vnum humilitas omniū sanctoꝝ: nunq̄ poterit in minimo compari humilitati illi qua dei filius apparere voluit in forma serui/ habitu inuent⁹ vt homo. Si colligant omnia suspiria: omnes lachryme: dēs pene: omnes cruciatus: oīa etiam genera mortis q̄cūq; passi sunt sancti ꝓpter chr̄m ꝛ collocent ex vna parte: ꝛ ex alia p̄te ponat vna lachryma christi vel nascentis/ vel fugientis per egypti nemora vel oranris vel patientis: plus vna illa lachryma valet ex fornaceo illo corde procedens q̄ omnia illa bona que diximus ꝛ que cogitare possumus in quibuscunq; sanctis et amicis dei. Ideo bene dicit aplus ad Titum. iij. Apparuit benignitas et humanitas saluatoris nostri dei non ex operibus iusticie que fecimus nos: sed ꝑm suam misericordiam saluos nos fecit. Bernar. in quodaz sermone. Si personam venientis intueor: non capio excellentiam maiestatis. Si considero ad quos venerit: dignationis ma-

gnitudinē expauesco. Si attēdo ꝓpter q̄d
venerit amplector, q̄d possum latitudiez
charitatis. Venit siq̄dē filiꝰ dei/ venit ad
hoies/ venit ꝓpter hoies. Hec ille. Se-
cūda est ꝯsideratio compatiua. Ubi ꝯside
randū ē q̄ꝯ ꝯ fecit deꝰ ꝑ natura hūana q̄ꝫ ꝑ
natura angelica. q̄ sic dr̄. Heb. ij. Nusq̄ꝫ
angelos appꝫhendit sz semē abrae. Imo ge
neralit̄ plus fecit ꝑ solo hoie q̄ꝫ ꝑ toto mū
do. Sz q̄re potiꝰ reparata ē ꝛ redēpta hu
mana natura q̄ꝫ angelica: Dicēdū q̄ꝫ id ra
tionabilit̄ factū ē ondunt doctores trib⁹
p̄cipuis rōnib⁹. Pria rō sumit̄ ex parte
natural̄ ꝯditionis q̄ libeꝝ hois arbitriuz
añ electionē voluntatꝫ ꝛ post se hz mutabi
lit̄. Libeꝝ ꝟo arbitrium angeli etsi añ ele-
ctionē se hz mutabilit̄/ post electionē tñ se
hz imutabilit̄. vt tenet btūs Tho. Nā etsi
possit eligere ꝛ nō eligere: tñ q̄cq̄d illō sit si
ue bonū siue malū non pōt illud detestari
postq̄ꝫ elegerit. Ido nō pōt penitere/ et sic
eius culpa deleri nō pōt. Nunq̄ꝫ em̄ deleri
pōt actualis culpa sine pnia. Scda rō
sumit̄ ex pte criminal̄ offensiōis. s. ex ꝯditi
one pcti Prio q̄ntū ad genus pcti q̄ꝛ pctm̄
hois fuit in appetitu scie dei/ pctm̄ ꝟo an-
geli in appetitu oipotētie. nō aūt ē ita cōi-
cabilis de oipotētia sic dei scia. Scdo q̄n
tū ad circūstantiā q̄ꝛ in adā fuit aliq̄ igno
rantia q̄ꝛ pctm̄ qd erat mortale credidit eē
veniale sm̄ Aug. habuit ꝓpositū peniten
di ꝛ petendi veniā de illo: angeli ꝟo non.
Tertio quantū ad occasionē peccandi: q̄a
angelꝰ ꝑ se peccauit: homo vero alio sug-
gerente. Tertia rō sumit̄ ex pte diuine
miserationis. cui nō erat cōdecēs nihil be
atificari de hūana natura ad btitudinē or
dinata. Datū est ḡ ex liberalissima dei mi
sericordia hoi lapso tp̄s petendi veniam d̄
pctō ꝛ agendi pniam. Unde credēdū ē q̄ pꝰ
expulsionē a paradiso adā pr̄ nr̄ conuertit
se ad lamenta pnie ꝛ chr̄m ventuꝝ summa
deuotione excoluit quē incarnādū deo re-
uelante cognouit. vt postea magis appare
bit. Tertia est ꝯsideratio istructiua vbi
ꝯsiderandū quō ex duab⁹ p̄dictis ꝯsidera-
tionib⁹ instruimur recognoscere dei mise-
ricordiā ꝛ bonitatē. Et h̄ marie triplicit̄.
Primo ꝑ totalē reuerentie exhibitionē.
Si em̄ deus ita honorificauit ꝛ sublima-
uit naturā humanā: vide q̄ꝫtū tenet̄ hō re
uereri diuinā maiestatē. Dicit itaq̄ꝫ Ber.
in q̄dā ser. Si modū veniēdi cogito: exal
tationē agnosco hūane conditionis. Hec
Bern̄. Quia igit̄ deus ꝛ sua ꝛ seip̄m de-
dit homini: iustissimū ē vt hō ex omnib⁹
adoret ꝛ reuereat̄ diuinam maiestatē. s. ex
substantia spūali. i. ania/ et corporali. i. cor
pore: ꝛ tpali. i. diuitijs. Scdo ꝑ feruen-
tē amoris affectionē. Si em̄ ita nos dile-
xit deꝰ: videte quantū tenemur eū dilige-
re. j. Jo. iiij. Diligamus deū q̄m ip̄e prior
dilexit nos. De hoc amplius infra. Ter-
tio ꝑ cōtinuā grāꝝactionē. Ut āt clariꝰ
videas quantas tenearꝫ deo grās agere ꝑ
suo aduentu in carnē ꝯsidera tria excellen-
tissima bñficia tibi exinde ꝓuenientia. Pri
mo considera bñficium donatiōis ꝓprie ꝑ-
sone. Esa. ix. Filius datus ē nobis. Scdo
ꝯsidera beneficium adoptiōis diuine grē.
Gal. iiij. Misit deus filiū suū ꝛc. vt ado-
ptionē filioꝝ reciperemꝰ. Tertio conside-
ra beneficium ꝓmissionis eterne glorie. ij.
Pet. j. Maxima ꝛ p̄ciosa vobis promissa
donauit vt per hec efficiamini diuine con-
sortes nature.

Scda causa aduentus do

mini est nr̄e miserie necessitas. Circa quā
tria sunt declaranda. vicz

Necessitatis huiꝰ cōditio.
Causalitatis huiꝰ determinatio.
Et miseriaꝝ explicatio

Primo igit̄ est declaranda necessitatꝫ hu-
ius conditio. Sic enim declarat Tho. in.
iij. parte. q. j. ar. ij. Non erat simplr̄ ꝛ abso
lute necessariū deū incarnari ꝑ nostra libe-
ratione a miseria quia h̄ aliter poterat de
us facere per suā omnipotentez virtutē: sz
dici pōt illud fuisse necessariū ad cōueniē-
tius id faciendū. Augustinus. xiij. de tri.
Ostendamꝰ non aliū modū possibilē deo
defuisse cuius potestati om̄ia equalit̄ sub-
iacent sed sanande nostre miserie conueni
entiorem alium moduz non fuisse. Se-
cundo est declarāda huius causalitatꝫ de-
terminatio. vbi considerandum est an sola
hominis liberatio a miseria fuit ex parte
ista ratio siue causa propter quam venit fi
lius dei. sic q̄ si hō nō peccasset filiꝰ dei in-

carnat⁹ nō fuisset. Ubi notandū ꝙ circa h̄ sunt tres modi dicendi. ¶ Prim⁹ est sustinibilis siue portabilis. vicz ꝙ si hō n̄ peccasset lz fili⁹ dei carnē mortalē non assumpsisset: tn̄ assumpsisset carnē: sed in ea mortuus nō fuisset. Et hoc ꝯfirmari solet triplici rōne. ¶ Prima sumit̄ ex vniuersi pfectione. qꝛ. s. incarnatio dat cōplemētū vniuerso. qꝛ vicz p eam vltia creaturarū. s. hō coniungit̄ p̄mo p̄ncipio. ¶ Scda est ex humane nature capacitate. Hmōi em̄ capacitas nō est ampliata p pctm̄: sed post peccatū iuēta est capax tāti boni vt deo vniret̄ in vnitate psone. g̃ multo magis ante pctm̄ capax erat illi⁹ boni. sed de⁹ qui infinito amore diligit ea que sunt: nulli denegat bonum illud cui⁹ ē capax. ¶ Tertia rō sumit̄ ex humane nature dignitate que nō est p peccatū augmētata. Maxima autez eius dignitas est in hoc ꝙ a psona diuina assumpta est. Ideo dicūt multi ꝙ etsi humana natura nō fuisset lapsa: nihilomin⁹ dei fili⁹ fuisset incarnat⁹ ⁊ venisset non vt redemptor: sed vt glificator. ¶ Secūdus est modus pbabilis oīno p̄cedenti cōtrarius. vicz ꝙ si homo non peccasset: nunq̄ dei filius incarnat⁹ fuissz. Nec valet quod dictū est in p̄cedēti opinione ꝓpter vniuersi pfectionē. quia deus nō concludit̄ intra pfectionem vniuersi. Unde dicit phus. xj metaph. ꝙ deus sup omnē vniuersi ordinem ponendus est. ¶ Tertius est modus laudabilis/ eoꝝ vicz qui dicūt filiū dei incarnatū ⁊ natū vt hoīem pditum redimeret. neq; curāt inuestigare ea q̄ euenire potuissent si homo non peccasset: cū deus nihil sup hoc reuelauerit: quod tn̄ mere contingēter fuisset in eius voluntate que nob oīno ignota est nisi p q̄nto reuelat̄. Abnuunt igit̄ isti ⁊ laudabiliter omnē curiosam inuestigationē. et gr̄as agunt deo q̄ tābenigne voluit succurrere homi pdito. Dicit nāq; Aug. li. de ver. dñi. Venit filius hominis q̄rere ⁊ saluū facere qd̄ pierat. Si hō nō peccasset: fili⁹ dei nō venissz. Et idē sup Joan. Nulla fuit causa veniēdi chr̄o dño nisi pctōres saluos facere. Tolle morbos: tolle vulnera/ ⁊ nulla est cā medicine. Et Paulus. j. Tim̄. j. Chr̄s Jesus venit in hūc mundū pctōres saluos facere. Ista nobis cordi esse debēt: qꝛ dānato humano genere ꝓpter pctm̄: voluit filius dei incarnari vt ip̄m redimeret. O imensa amplitudo diuine charitatz. O pfunda bonitas summi dei. Peccauim⁹ nos oēs ⁊ cecidim⁹ in captiuitatē inferni. et ipse vt nos redimeret/ misit nō angelū: nō archangelum: nō deniq; aliā creaturā: sed vnigenitū filium suū. Audiūt terra: intelligat celum: imo audiant oēs nouū iocundū: nouū felicissimū: nouū amorosissimuz. Joā. iij. Sic de⁹ dilexit mundū vt filium suū vnigenitū daret: vt oīs q̄ credit in ip̄m nō pereat sed habeat vitā eternā. Qd̄ Greg. ꝯsiderans cum admiratōe cātabat. O inextimabilis dilectio charitatz: vt seruū redimeres filium tradidisti. Quid suaui⁹: q̄d dulci⁹ audiri pōt: O igitur pctōres ingrati diligite chr̄m q̄s ip̄e iam redemit: que ⁊ p̄res antiq̄ illos redemptuꝝ expectātes toto corde dilexerūt. ¶ Tertio declarāda est miseriaꝝ explicatio. Ubi declarande sunt septē miserie q̄bus subiectū est genus hūanū per pctm̄: a q̄b⁹ nos liberat dñi iesu aduent⁹: et ꝯ q̄s petit eccl̄ia aduentū dñi septies dicēdo Veni: in septē illis antiphonis solennib⁹ que incipiunt per O.

¶ Prima est miseria infatuationis. Cecidit em̄ homo p peccatū de sapiētia in insipientiā. Ps. Homo cū in honore esset nō intellexit: compat⁹ est iumentz insipientibus ⁊c̄. Patet aūt q̄nta fuerit ifatuatio generz hūani an̄ aduētū chr̄i qn̄ fere omnes ad idolatriā declinabāt. Cōtra hāc miseriā venit chr̄s vt doctor. Ideo ꝯ eam petit ecclesia aduētum dñi: vt. s. liberet gen⁹ humanū ab hac miseria ⁊ doceat viā prudentie di. O sapia que ex ore altissimi pdijt ⁊c̄. veni ad docendū nos viam prudētie. Hāc docuit chr̄s Mat. x. Estote prudētes sicut serpētes ⁊c̄. ¶ Secunda ē miseria seruilis conditionis. Per pctm̄ em̄ factus est hō seru⁹ dia boli. ij. Pet. ij. A quo quis supatus est: ei⁹ seru⁹ est. Cōtra hanc miseriā venit dñs vt redēptor: ⁊ ve vt redēptor. qꝛ de ꝓprio ⁊ p seip̄m p̄ciū soluit. j. Cor. j. Nō corruptibilib⁹ auro ⁊ ar. redēpti estis: sed p̄cioso sanguīe agni incōtaminati. j. Coꝝ. vj. Empti estis p̄cio mag̃ ⁊c̄. Contra hanc miseriā petit eccl̄ia aduentū dñi dicēs. O adonai ⁊ dux dom⁹ isrl̄ ⁊c̄. veni ad redimēdū nos i brachio extento.

Sermo de aduētu dñi in carnē

Tertia est miseria hostilis impugnationis. Quia em̄ hō p̄ peccm̄ se subiecit diabolo: ideo ptātem accepit diabolus impugn̄di hoiem spūal'r p̄ tentatiōes: ⁊ aliq̄n etiā corpal'r p̄ vexatiōes. Per pecc̄m etiā incurrit hō rebellionē carnis ad spūm. Gal'. v. Caro concupiscit aduersus spm̄. Añ aduentū añt dñi acriores erāt ꝑpugnatiōes: qa ñ tot neq; tāta erāt remedia ad resistendū. Cōtra hanc miseriā venit chr̄s vt defensor. Ps. Dñs p̄tector vite mee. Vñ chr̄s Josue. xj. dicebat. Nūc p̄nceps milicie dñi huc egressus sum. i. diabolus q̄ añ chr̄i aduentū regnabat sup̄ gen̄ hūanū. Nūc añt hēm⁹ mīta remedia defensiua ab ipugnatiōe di abolica. s. ecclīastica sacramēta: signū crucis: nomē iesu. de q̄ Ps. Sctm̄ ⁊ terribile nomē ei⁹. ix. Tim. ij. Confortare fili i gra q̄ est in chr̄o iesu: labora sicut bon⁹ miles chr̄i. Nō em̄ coronabit nisi q̄ legitime certauerit. Contra hāc miseriā cātat ecclesia O radix iesse ⁊c. veni ad liberādū nos ⁊c.

Quarta est miseria tenebrose detentōis Per pecc̄m em̄ detentū erat gen⁹ hūanum in carcere tenebroso iferni: oēs etiaz q̄ntū/cūq; iusti. Ps. Posuerūt me in lacu inferi in tenebrosis ⁊ in vmbra mortis. Detinebant etiā hoies viatores i vinculis pctī mortalis: qd̄ hū dici pōt vmbra mortis. qz ds Prouer. iij. Via impioꝝ tenebrosa: nesciūt vbi corruūt. Et Prouerb. v. Funib⁹ pctōꝝ suoꝝ vnusq̄sq; constringit. Cōtra hāc miseriā venit chr̄s vt eductor ⁊ liberator. Zach. ix. Tu q̄z in sanguīe testamenti tui emīsisti vinctos de lacu. Contra hanc miseriā cantat ecclia illā antiphon̄. O clauis dauid ⁊c. veni ⁊ educ vinctū de domo carcēris ⁊c.

Quinta ē miseria excecatōis Et hec differt a p̄ma. qz p̄ma est p̄ pūationem sapie: hec añt p̄ obscurationē seu caligatiōnē natural' itelligētie. Ro. j. Obscuratū est insipiēs cor eoꝝ. Per pecc̄m q̄pe excecatū erat gen⁹ hūanū. Qz em̄ a sūma luce recessit peccādo: ideo cecū factū est/in tenebris p̄cedēs ambulās. Soph. j. Ambulabūt vt ceci qz dño peccauerūt. Excecatū etiā valde erat gen⁹ hūanū amore ſreno⁹. Vñ iudei q̄ inf oēs magis lucere debebāt in cognitiōe ſritatis ꝓpter legē sibi datā/q̄si oēs declinauerāt ad auaritiā: vt patz ex decursu euangelij in gluris⁹ locis. Vñ Lu. xvj. hī exposse de auaricia pharisei. Contra hāc miseriā venit chr̄s vt illuminator. Greg. in q̄da Homel. Dū cōditor nr̄ appropinq̄t hierícho cec⁹ ad lumē redit. quia dū diuinitas nre carnis defectuz suscepit: humanū genus lumē qd̄ amiserat recepit. Ideo dr Esa. ix. Populus q̄ ambulabat in tenebris vidit lucē magnā: habitantib⁹ in regiōe vmbre mortis lux orta est eis. Illuminauit em̄ chr̄s mūdū in cognitiōe veritatis ostendens ſbo ⁊ exēplo tpalia esse cōtenenda ⁊ celestia appetēda. Lu. j. Visitauit nos oriēs ex alto. Illūinare his q̄ in tenebris ⁊ in vmbra mortis sedēt ⁊c. Contra hāc miseriā petit ecclia aduentū dñi p̄ illā antipho. O oriēs splēdor ⁊c. veni ⁊ illūina sedentes in tenebris ⁊c.

Sexta est miseria culpabilis offensionis. Per pecc̄m em̄ offendit hō diuinā maiestatē ⁊ incurrit ei⁹ inimiciciā. Ephe. ij. Eramus natura filij ire. Cōtra hāc miseriā venit chr̄s vt mediator ⁊ saluator ⁊ reconciliator. Heb. ix. Noui testamenti mediator est. Et. j. Tim. ij. Vn⁹ est deus ⁊ hoim mediator hō chr̄s Jesus q̄ dedit semetip̄m in redemptiōem p̄ oīb⁹. Vñ chr̄o nato statim nūciant angeli pacē. Lu. ij. di. Glia in altissimis deo: ⁊ in terra pax hoīb⁹ bone volūtatis. Contra hanc miseriā petit ecclia aduentū dñi vt saluet hoiem vniendo sip̄m cū deo suo ⁊ reconciliando di. O rex gentiū ⁊ desiderat⁹ eaꝝ ⁊c. q̄ facis vtraq; vnū ⁊c. veni salua hoiem quē de limo formasti.

Septima est miseria spūalis debilitatiōis. Per pecc̄m em̄ incurrit hō infirmitatē seu debilitatem q̄ndā ad bonū opus. Ps. Miserere mei dñe q̄m infirm⁹ sum ⁊c. Cōtra hāc miseriā venit chr̄s vt fortificator ⁊ cōsolator: ⁊ ꝓpriū corp⁹ p̄ refectōe ⁊ corroboratione nr̄a dedit in cibū aniaꝝ. Jo. vj. Caro mea vere est cib⁹. Figura. ij. Reg. xix. Helias ambulauit in fortitudine cibi illius vsq; ad mōtē dei. Cōtra hanc miseriā petit ecclia aduentū dñi vt nobiscū sit nos reficiēdo ⁊ corroborādo, tanq; viaticū nre pegrinatiōis/nos ꝓducendo vsq; ad mōtem eterne salutis: d. O emanuel. i. nobiscū deus: rex ⁊ legifer nr̄ ⁊c: veni ad saluandū nos dñe deus noster. Noster inquā: quia nobis dat⁹ in nre pegrinationis socium: in nostre redemptionis p̄cium: ⁊ in no/

stre refectionis edulium.

Tertia causa aduētus dñi

est nostre ꝓmotiōis vtilitas. Per aduentū em̄ dñi ꝓmouet gen⁹ hūanuz p̄cipue ad triplex bonū. vicz

¶ Ad bonū honoris sublimioris.
¶ Ad bonū ꝟtutis ꝑfectioris
¶ Ad bonū salutꝫ ⁊ gl̄ie amplioris

Primo ad bonum honoris sublimioris. Bern̄. in ser. Si modum veniēdi cogito: exaltationē agnosco hūane ꝯditiōis. Hec ille. Mirabil̄r q̄ꝑpe in hoc exaltata est humana natura ꝙ ꝑsonal̄r vnita est sūme dei maiestati. Ideo d̄t Leo papa ser. de natiuit. dñi. Agnosce o chr̄iane dignitatē tuā: et diuīe ꝯsors fact⁹ nature noli in veterem pctī vilitatē tua degeneri ꝯuersatōe redire ¶ Secundo ad bonū ꝟtutis ꝑfectioris. quod maxime declarabim⁹ in trib⁹ virtutibus theologicꝫ ¶ Primo q̄ntū ad fidem q̄ maxie certificat̄ ex eo ꝙ hō ipsi deo loq̄nti credit. Aug⁹. xj. de ciui. d̄i. Ut hō fidēti⁹ ambularet ad ꝟitatē: ipsa veritas dei fili⁹ hoie assumpto ꝯstituit atq̄ fundauit fidē ¶ Secundo q̄ntuz ad spem q̄ ꝑ hoc maxie roborat̄. Aug. xiij. d̄ trini. Nihil tāneces/sariū fuit ad erigēdā spem nr̄am q̄ vt demonstraret̄ nobis q̄ntū nos diligeret de⁹ Quid aūt hui⁹ rei manifesti⁹ indicium q̄ vt dei fili⁹ nature nr̄e dignat⁹ est inire cōsortiū. ¶ Tertio q̄ntū ad charitatē q̄ maxime ꝑ hoc excitat̄. Aug. li. de cathezizādis rudib⁹. Que maior causa est aduētus dñi nisi vt ostenderet de⁹ dilectionē suā in nobis. Et postea subdit. Si amare pigebat saltē redamare nō pigeat. j. Joā. iiij. In h̄ appuit charitas dei q̄m filiū suum misit in mundū vt viuam⁹ ꝑ eū. In h̄ aūt est charitas nō q̄si nos dilexerim⁹ deū: sz q̄m ipse ꝑor dilexit nos. ¶ Tertio ad bonuz salutꝫ et gl̄ie amplioris. Ex hoc em̄ pl̄ibus modis bt̄ificat̄ hō. s. in visione deitatis ⁊ hūanitatꝫ chr̄i. Nec dubium q̄n sit hoī bt̄itudo magna videre hūanitatē sic deitati cōiunctā: et sic expiri inextimabilē illam diuine charitatꝫ dulcedinē qua de⁹ hominem dilexit. Aug⁹. sup illud Ingrediet̄ ⁊ egrediet̄ ⁊c. Joan. x. Propterea deus fact⁹ est homo vt totū hoiem in seip̄o beatificaret.

¶ Hec de p̄mo sup̄ius ꝓposito circa aduētum domini in carne scꝫ de veniendi causalitate.

¶ Sequit̄ de venientis benignitate.

Secūdo est ꝯsiderāda veniētis benignitas. de q̄ Bern̄. ser. de epiph̄. Apparuerat dei potentia in rer̄ creatiōe. apparebat ei⁹ sapientia in earū gubernatiōe. benignitas aūt ei⁹ maxie apparuit in hūanitatis assumptiōe. In q̄ em̄ magis commendare poterat benignitatē sua q̄ suscipiendo carnē meā: Quid tātop̄e declaret ei⁹ miscd̄iam q̄ ꝙ ip̄am suscepit miseriaz: Quanto em̄ se minorē fecit in humnitate: tāto maiorē se exhibuit i bonitate. Et q̄nto ꝑ me vilior: tanto mihi charior ē. Hec ille. Quāuis itaq̄ diuine incarnationis opus sit op⁹ maxie potētie atq̄ maxie sapientie: speciali tn̄ modo attribuit̄ diuie bonitati ⁊ benignitari siue miscd̄ie. Hāc aūt benignitatē dñi venientꝫ in carnē ꝯtēplari possum⁹ maxie ꝑ tres ꝯsideratiōes

¶ Prima est ꝯsideratio assimilationis.
¶ Secunda est cōsideratio cōditionis.
¶ Tertia est ꝯsideratio ordinatiōis.

Prima est cōsideratio assimilationis.

Voluit em̄ nobis assimilari in humanitatis veritate: in nature cōformitate: et in ipsa natiuitate. ¶ Primo in humanitatis veritate. Veram em̄ humanitatem assumpsit eiusdem speciei cum humanitate nostra. Athanas⁹. Perfect⁹ deus ꝑfectus homo ex anīa rationali ⁊ humana carne subsistens. ¶ Secundo in nature cōformitate. quia s̄m doctores catholicos confitemur filium dei non tm̄ veram humanitatem assumpsisse: sed etiam de massa nobis conformi scilicet de genere Adam. Hebre. ij. Qui enim sanctificat et qui sanctificant̄ ex vno omnes. In hoc certe apparet mira eius benignitas. quia naturam humanaz sibi inimicam sibi coniunxit. Fuit tamen huiusmodi benignitas in christo omnino sine infectiōe peccati aut cōcupiscentie: sed cum plenitudine gratie. Ideo Paulus j. ad Corinth̄. vij. ait. Factus est primus Adam in animā viuentem: nouissim⁹ autē in spūm viuificantē. Et infra. Prim⁹ hō de terra ter

renus: secūdus de celo celestis. qō intelligit nō ꝓp diuersitatē nāture ꝫ ꝓp differētiā ētu ad ālitatē ꝛnutis ⁊ vicē grex cum pe ⁊ ꝓp differentiā fructis formatiue corpis. ¶ Tertio in ipa natiuitate ꝙr ō mulier nō nasci voluit Bal. iij. Dixit de⁹ filiū suū factū ex mulliere. Aug. in glo. Nō te moueat qꝛ ait factū: cū confitemur natū. factū ei nō confitemur nisi boiez. Idē Aug. li. ō ago ne chū. Nolite vosipos ꝛtinere viri/ filiū dei virū suscepit. Nolite vosipas ꝛtinere femine qm ex vobis filius dei nat⁹ est. Ne indigneꝛ mulieres si sentiāt se nō ee tante dignitatis ⁊nte viri.

Scda est consideratio cōditionis. Est aūt circa aduentū filij dei in carnē triplex ꝓditio marie ꝓsiderāda.

¶ Pria est conditio admirabilis.
¶ Scda discretionis.
¶ Tertia sublimationis.

Prima igit est ꝓditio admiratiōis. Fuit em op⁹ icarnatiōis marie mirabile.
¶ Tum ex pte ꝓcepti
¶ Tum ex pte ꝓcipientis
¶ Tum ex pte modi ꝓcipiēdi

Prio ex pte chri ꝓcepti cui⁹ corp⁹ formatū fuit i instanti nō successiue vt ōt Dam. Et sic Aug⁹ di. formatio corporis ei⁹ fuit pfecte in pncipio siue primo instanti conceptionis quantū ad oia liniamēta membrorū ꝛ ⁊ntū ad debitā corpis quantitatē pficeret successiue. Ih̄ sicut dicit Holkot super libz Sapie. Nūq fuit aliq̄s ita paru⁹ puer in utero matris sicut chs. Itē fuit opus illud mirabile ex pte marie chri q̄ ab instanti sue creationis plena fuit fructibus ⁊ gra atq gl̄ia. Jō ōt Hiere. xxxj. Nouum creabit dns sup terram/ mulier circūdabit vir. i. fortuosum ⁊ pfectū sm ꝛnētē. Signāter aūt dic creabit: qꝛ ꝓceptio illa ē tum ad fortem opationem eā parat creatoni. Itē fuit op⁹ illō marie mirabile rōne dignitatis rōne cui⁹ ibi ples po⁹ est mre. Jō in ea implet̄ est illud Ecci. xxiij. Qui⁹ creauit me requieuit in tabernaculo meo. Ber. Eternū antiquū ⁊ nouū in eadē psona mirabiliter quemūt. Eternū. i. diuinitas/ antiquū. i. caro ab adā traducta/ nouū. i. ania de nouo creata. Conuenienti aūt incarnatō ē diuinitas i psonā filij ē i alia: qꝛ ad h̄ facta ē icarnatio vt sim⁹ filij dei p gr̄am qō ꝛgruū erat fieri p eū q̄ filius dei est p naturā Aug. li. de tri. Vt hō ex deo nasceret pmo ex ipo nat⁹ est deus. Oportuit em vt p eū efficeremur filij dei adoptiui q̄ filius ē naturalis. ¶ Scdo fuit op⁹ illud mirabile ex pte mris ꝓcipientis q̄ semp virgo pmansit Aug⁹ lib. de ꝛginitate. Oportebat caput nrm insigni miraclo nasci de ꝛgine sm corpus vt sīgret sua membra sm spm de ꝛgine etiā. s. eccl̄ia nascitura. ¶ Tertio ex pte modi ꝓcipiendi qꝛ p opationē spūssci ꝓcepit ꝛgo dom̄. Jō dixit ei angelus Lu j. Spiritussanct⁹ superuenier in te ꝛē. ¶ Scda est ꝓditio discretionis. Assumpsit em dei filius hūanā naturā discrete siue sapient. Assumpsit em bonū nature reprobando malū cuspe Esa. vij. Vt sciat reprobare malū ⁊ eligere bonū. Vt aūt plen⁹ dicamus notandū q⁹ filij dei incarnatio facta ē sapiēter in ordine ad transgressionē reparandā Jn ordine ad satisfactionē pficiendā. ¶ Et in ordine ad nram eruditionē faciendam.

¶ Primo in ordine ad transgressionem reparandā. qꝛ ex diuina sapiētia factū est vt angelo nunciante filij⁹ dei carnē assumeret vt sic eet ꝓformitas reparationis cū lapsu Beda in omel. Aptū hūane restauratiōis ꝓncipiū vt angel⁹ mitt̄ret ad ꝛginez ptu ꝓsecrandā diuino qꝛ pcha ꝓditionis nre cā fuit serpens q̄ a diabolo mittebat ad mulierē spū superbie decipiendā. ¶ Scdo in ordine ad satisfactionē pficiendā. p q̄ assumpsit non solum naturā hūanā sed etiā defectus eius penales gn̄ales quos vicz sicut dic magr dis. xvij. ttr. ij. Decuit illū assumere ⁊ nobis expediens fuit ad satisfactionem. s. p nobis pficiendā. Ber. Descendit quantū potuit. s. rōnabiliter. Non aūt assumpsit defectus inducentes ad culpā vt sunt, pnitas ad malū ⁊ difficultas ad bonum/ neq etiā defectus penales partiales cuiusmodi sunt diuerse egritudinū species Hoc em non erat nobis expediens. sic em se potius inutilem nob⁹ q̄ utilem redidisset/ sed generales defect⁹ penales q̄ vicz respiciunt totā naturā hūanam assumpsit sicut fame sitire: algere ⁊ hmōi. Et h̄ ꝓpter triaꝛ tangit Tho. in. iij. par. q. xiij. Primo ꝓpter p̄cium nre saluti⁹. qꝛ ꝓpositum erat nos redimere suo sanguine. iō oportuit

eum natyrā passibilē assumere. Scōo ꝓpter fulcimentū nr̄e fragilitatis .s. ad nr̄e fidei confirmationē q: vicz ꝑ tales defect⁹ manifestāt nobis ꝟitas nature assumpte. Tertio ꝓpter exemplū virtutis. Jn hoc ei dedit nobis exemplū tolerande penalitatis. j. Pe. iij. Christo in carne passo: vos eadē cogitatione armamini. Jtē exemplū contēnende vanitatis Mat. viij. Vulpes foueas hñt: vo.ce.nidos: filius aūt hois nō habet vbi caput suū reclinet. Jtē exemplū sectande humilitatis Phil. ij. Humiliauit semetipsum factus obediens vsq; ad mortē ꝛc. ¶ Aduertendū tn̄ q; hmōi defectus penales ex alia cā sunt in nobis / ꝛ ex alia in chō vt dicit Hagē sentē. Jn nob̄ em̄ sunt ex necessitate contracti. sed in christo sunt ex voluntate assumpti. Et beatus Boñ. dicit q; in illa carne remansit pēnalitas ꝟ fuit ex dispensatione ip⁹ assumentis concurrente sil' acceptatione illius anie rōnalis q̄ in ꝑmo instanti sue creationis habuit vsum cognitiōis ꝛ placuit sibi tali corpori vnirī ꝓpter salutē generis hūani: sic ḡ tales defectus in chō fuerūt non necessitate generationis q̄ in chō non fuit naturalis sed voluntate dispensationis. voluntate inquā diuina ꝑueniente ꝛ voluntate creata concomitante. Hec Boñ. Considerem⁹ ḡ nos q̄ ꝑ ꝟi saluari cupim⁹ qualit⁹ eius ania bñdicta ab instanti sue creatiōis ꝑuidit oēs labores ḡs ip̄e passurus erat i xxxiij. annis in hui⁹ vite peregrinatione. ꝑuidit em̄ q; in ꝑsepio frigore ꝛ paupertate cruciand⁹ erat: q; in desertis egypti cū matre paupcula pegrinaturus esset: q; in terra aliena penuriā sustineret: ꝛ sic ō alijs laboribꝫ ꝛ penas q̄s ꝓtulit. ꝛ q; tandē in cruce morte acerbissimā pateret. et tn̄ ꝑmpte ꝛ liberaliter ac benigmissime hec oia acceptauit ꝓ salute generis hūani. O pelagus amoris ihesu. O fornax succensa nimis illi⁹ qui bñdicte. Ab instanti ꝓfecto 2ceptiōis pyissimus ihesus semp habuit ꝓ nobis morē in corde. Quō itaq; poterim⁹ nos ꝟmiculi ḡas debitas ꝑsoluere tanto redēptori q̄ nō nisi ex amore tāstupēda i carne facere dignatus ē. Amor fecit eū lachrymari: amor fecit eū pegrinari: amor fecit eū vulnerari: amor fecit eū ꝟbera ꝓpeti: amor fecit eum in cruce mori. O ania insignita ōi imagine dilige chīm a q̄ tantū dilecta es.

¶ Tertio filius dei sapiens carnē assumpsit in ordine ad nr̄am eruditionē faciēdā Sic em̄ accepit naturā nr̄am vt in ea operaret ꝛ pateret ꝛ sic nos informaret ꝛ erudiret q̄ agere ꝛ q̄ pati debemus. Jte. Dis christi actio est nr̄a instructio. Jdez. Quō chīi vestigia dedignant seq̄ q̄ tm̄ eritate sperant ad eius claritatis gaudia conseqn da quenire. Et ip̄e saluator Jo. viij. Ego sum lux mūdi q̄ sequit me nō ambulat i tenebris. Sequend⁹ est itaq; chīs in his q̄ sunt de necessitate salutis q̄ vicz spectant ad diuinoz mandatoz obseruantiā. Sz heu multi a chīi seqla retrahunt ꝛ maxiꝑ ter tria. Primo ꝓpter fidē dubiā q: nolunt firmiter credere existimantes nihil aliud ee nisi qō in ꝑnti vita inuenit atq; videtur. Quos Greg. in. xxx. dial. exēplū valde mirandum inuenit. vbi ait q; si casu vna mulier in fouea aliq̄ terre āgusta ꝛ obscura pariat filiū ibiq; eū educet vsq; ad annos discretionis. postmodū ei dicat q̄liter ē supra eos celū/sol/luna/stelle/plante/ hoies/ edificia/fontes/maria/ꝛ hmōi: fatuus erit ille filius si nō crederet dicēs Jsta nō possūt esse q: ea nō vidi. Pariformiter stult⁹ est hō q; non credit scte mri ecclie: nec ꝑdicatoribꝫ de futura vita regni celoz. Scōo ꝓpt humanā verecūdiā. Verecundāt em̄ multi fieri hūles ꝛ bona opari. Timēt em̄ maloz hoim latrat⁹ q; sepenūero deridēt eos q; bñ facere studeant. Juxta illud puer. xxix. Detestant stulti eos q; in recta sūt via. Et puer. xxij. Ambulās recto itinere timēs deū despicit ab eo q; infami graditur via. Sed sic dicis Gene. Nondū feliciter es si nōdū te turba deriserit. Et Hiero. ad Pāmachiū. Prima virtus monachi est contemnere oia iudicia ꝛ recordari aplī dicentis. Si adhuc hoib⁹ placerē: chīi seru⁹ non essem. Magisq; deridēdi sunt q; imitant diabolū q̄ q; sequunt chīm. Tertio ꝓpter spem deceptoriā q: sperant diu viuere ex q̄ fallunt plurimi. Hiero. ad Geruchiā. Nemo est tā fractis viribꝫ ac tā decrepite senectutis vt non se putet adhuc annū superuicturum esse. Vn̄ surrepit obliuio conditionis sue vt terrenū anial iamiāq; soluēdū erigat in superbiā ꝛ anio celū teneat. Hec ille. Excitent itaq; oim mentes ꝛ ꝓperiant

eccl̄ ad cogscendū hui⁹ secli vanitatē: labili/
tatē: instabilitatē: brevitatē: t incertū fi/
nem. Et conenr̄ oēs imitari tesum chīm q̄
ad nos inuitat dī. Ego sum lux mundi: q̄
sequr̄ me non ambulat in tenebris ꝛc. Et
Mat. xj. Venite ad me oēs ꝛc. Discite a
me q̄ mitis sū t hūlis corde ꝛc. Vide ita
q̄ bn̄ mirā dei benignitatē q̄ seipm nobis
imitabilē pbuit vt securi penit⁹ incedam⁹.
Aug. in q̄dam ser. de nat. dñi. Hō sequen/
dus non erat q̄ videri poterat/de⁹ sequē/
dus erat sz videri nō poterat. Vt g̃ etbi/
berer: t qui ab homine viderer: quez hō
sequerer deus fact⁹ est hō. Hec ille. Parz
itaq̄ g̃ discrete t sapienter sumpsit dei fili
us huanā naturam. Tertia est conditio
sublimationis. Assumpsit em̄ naturā hu/
manā filius dei sublimādo eā siue exaltā/
do p gr̄e plenitudinē t oīs scientie t sapi/
pfectionem vt sic fieret chīs hō caput toti
us eccl̄ie tā triūphantiz q̄ militantiz. Vbi
pmo notandū q̄ sm Aug. li. de vera reli/
gione. c. xxiij. triplex est gr̄a in chīo. Pria ē
gr̄a vnionis sm quā huana natura nullis
pcedentib⁹ meritis vnita est deitati. Aug.
sup Joā. In reb⁹ pternis illa sūma est
gr̄a q̄ hō est vnitus deo in vnitate psone.
Et hec est gr̄a infinite libertatis Aug⁹. in
omel. xxvij. Suscepti⁹ illā hūanitatis
nulla merita pcesserunt sed ab illa suscepti
one cuncta merita inceperunt. Scda ē gr̄a
singularitatis q̄ alia chīi p ceteris sanctiz fu
it repleta. Col. ij. In ipo complacuit oēm
plenitudinē habitare. Aug. li. de vera reli.
c. xxxvij. Totum chīs ab instanti sue cō/
ptionis accepit q̄d ad rōnem gr̄e ptine/
re potuerat. Tertia ē gr̄a capitis sm q̄ ab
illo gr̄a redundat in alios sic ab ore a flore si
ne sui diminutiōe Eccl. xxiij. Transite ad
me oēs q̄ concupiscitis me t a generatio/
nib⁹ meis implemi. Et Can. j. Curren⁹ i
odorē vnguentoꝝ tuoꝝ. Et Jo. j. De ple/
nitudine eī⁹ omnes accepim⁹. Et ꝓterea
ē caput oim honoꝝ. Sic enī a capite deri
uat virtus motiua t gubernatiua ad alia
mēbra: sic a chīsto deriuat tota gr̄a iusto
rum q̄ mouenr̄ ad bona opa t diriguntur
Jō ē Eph. j. Jpm dedit caput sup omnē
eccl̄iam q̄ est corpus ipius. Et Col. j. Jpe
est caput omnis eccl̄ie. Est itaq̄ chīus ca/
put oim iustoꝝ q̄ dicūr mēbra chīi. qō fit
pfecte per gloriā: min⁹ aūt pfecte per gra/
tiam t adhuc imperfectius p solaz fidem.
Non solum aūt est caput ipoꝝ q̄ ad animā
sed etiā quantū ad corpus qō t dicit mē/
brum. Vñ. j. Co. vj. Nescitis q⁹ corpa ve
stra mēbra sunt chīsti. Vbi dic glo. Chri
stus caput est non solū animaꝝ sed t cor/
porum q̄ in gloriosa resurrectione suā pfe/
ctionē habebunt. q⁹ sicut ē Phil. iij. Re
formabit corpus humilitatis nr̄e configu
ratū corpori claritatis sue. O infelix mun
danoꝝ conditio Volunt hoies potius fie
ri mēbra diaboli q̄ chīsti. Illum sequunr̄:
a chīo fugiunt/ virtutes spernūr/ample/
ctunr̄ vicia t de futuro nihil pmeditantur
O beata gens: ppls beatus cui⁹ pius ie/
sus dñs est t caput. O q̄ miserabilis socie
tas qui diabolus pest non in ordine sed in
errore/ non in gaudio sed in merore/ non i
bono sed in omni malo. Studeamus igit
fieri mēbra chīi t quantū poterim⁹ ei con/
formari. j. Coꝝ. xv. Prim⁹ hō de terra ter
renus: secund⁹ de celo celestis ꝛc. Jgit sic
portem⁹ imaginē terreni: portem⁹ t ima/
ginē celestis. Item non solū est chīs caput
hoim iustoꝝ sed etiā angeloꝝ oim⁹. Vnde
Eph. j. Constituit eū sz chīm deus pat
ē dexterā suā in celestib⁹ supra oēm pnci
patum t prātem t virtutē t dñationem et
oē nomen q̄ nominat⁹ non solū in hoc secu/
lo sed etiam in futuro. Et Col. ij. de chīo
dr. qui est caput ois principatus t potesta
tis. Et iō etiā Mat. iiij. legit q̄ accesserūt
angeli t ministrabant ei. Et Eph. j. Pro
posuit restaurare omnia p peccatū destru/
cta: angelos t homines. Vñ angeli ab eo
accipiunt illustrationē veritatis et honorē
ac dulcedinem iocūditatis. Jdeo de eo di
cit Petrus. j. Pet. j. In quem desiderant
angeli ꝓspicere.

Tertia est consideratio ordinationis, vbi considerandū q̄ incarnati
onis opus ordinatū est ad satisfaciendum
p humano genere in q̄ maxie apparet chīi
benignitas. Leo papa ser. de na. dñi. Sus
cipit a ꝓtute infirmitas: a maiestate mor
talitas vt q̄ nr̄is remedijs ꝓgruebat vn⁹
atq̄ idem dei t hominū mediator t mori
posset ex vno t resurgere ex alio ꝛc. In hoc
pfecto maxime apparet sua benignitas q̄

nram naturā assumpsit vt in ea mortē acerbissimā sustinens satisfaceret ꝑ pctis hūani generis. Circa qd̄ declarande sunt tres conclusiones.

Prima d̄r ꝯgruitatis
Scd̄a possibilitatis.
Tertia copiositatis

Prima est cõsideratio tẽporalis. quia videlicꝫ frigidissimo tẽpore scꝫ hyberno ꝛ nocturno ꝛ eo tunc quando longissima erat nox: et in frigidissima noctis hora: quando scꝫ sol est maxime elongatus a nobis scilicꝫ media nocte nasci. et sic iam incepit pati pro nobis. Sap̃. xviij. vel. xix. Dum medium silentium tenerent omnia: et nox in suo cursu mediũ iter ageret/ omnipotens sermo tuus a regalibus sedibus venit. Bernardus. Nascit̃ dei filius in cuius arbitrio erat quodcũqꝫ vellet eligere tempus. elegit quod molestius est p̃sertim paruulo ꝛ pauperis matris filio que vix pannos haberet ad inuoluendum. Hec ille. In hac etiam consideratione temporali hoc considerandũ est ꝙ tẽpore pacis nasci voluit: quod et eius humilitati attestatur. Hoc em̃ factum est vt per hoc innueret̃ quia ipse princeps pacis pacem ꝛ humilitatẽ diligens. Ps̃. Orietur in diebus eius iustitia et abundantia pacis. Legitur em̃ in historia scholastica ꝙ Octauianus q̃dragintaduobus annis regnauit: et in duodecimo anno ante mortem suam fecit tantam pacem in omnibus regionibus romano imperio subiectis ꝙ ad litteram videtur tunc impletum fuisse quod dicitur Esa. ij. Conflabunt gladios suos in vomeres ꝛ lanceas suas in falces Et ibidem. Non leuabit gens contra gentem gladium. Unde Beda ait. Nascitur in carne dei filius sicut de virgine natus virginitatis decꝰ ostendit sibi esse gratissimũ: sic pacatissimo seculi tempore consecrat̃. quia pacem querere docuit: ꝛ pacis sectatores per gratiam suam inuisere dignatur.

Secunda est localis consideratio. Ubi primo considerandum est quia in via nasci voluit: vt ostẽderet q̃a vita presens non nisi quedam via est. Psal. Aduena et pegrinus sum apd̃ te. Hebre. vlt̃. Non habemus h̃ ciuitatem manentẽ sed futuram inquirimus. O quanta eorũ fatuitas qui cum tanta sollicitudine materiales domos sup̃ terram edificant: de illa celesti domo ꝛ mansione perpetua parum solliciti. Item quia nasci voluit in ciuitate paruula. s. in bethleem: quod ad eiꝰ humilitatem pertinet. Leo papa sermone de epiphañ. Christus qui serui formã susceperat: bethleem p̃elegit natiuitati: hierosolymam passioni. Item considerandum quia nasci voluit in p̃sepio siue in spelũca. Bernar. Uide qualiter pro te natꝰ est celorum rex: vbi aula regia: vbi throni sublimitas/ p̃sepe est. Et Hieroñ. ad marcellam. Quo sermone: qua voce spelũcam tibi saluatoris exponam: et illud p̃sepe in quo infantulus vagijt: quod silentio magis intimo q̃ sermone honorandum est. Idem. Ecce in hoc paruo terre foramine celorum cõditor natus est. hic inuolutus pannis: hic demõstratus a stella: hic adoratus a magis. Idem ad Eustochiũ. Ille cuius pugillo mundus concludit̃/ p̃sepe continet̃ angusto. Hec ille. In hoc igitur arguitur superbia mundanorum qui de edificiorum magnificentia gloriant̃.

Tertia est cõsideratio modalis. Ubi considerare debemus moduꝫ sub quo pro nobis natus est filius dei. q̃a videlicꝫ in forma serui paruuli pauperrimi. In forma inquam serui. Phil̃. ij. Semetip̃m exinaniuit formam serui accipiens. In forma paruuli. Esa. ix. Paruulus datus est nobis. In forma pauperrimi. quia reclinatus fuit super fenum in p̃sepio ꝛ pannis. s. vilibus inuolutus. Et sicut dicit Hieroñ. aduersus eluidiũ. Nulla omnino obstetrix: nulla mulierum sedulitas intercessit. Ip̃a virgo pannis inuoluit infantem: ipsa sola mater et obstetrix fuit

Hec ille. Vere ergo potuit dñs dicere illud
Ps. Paup sum ego ⁊ in laboribꝫ a iuuẽtu-
te mea. Hic ergo damnant huiꝰ mũdi hono
res ampõpe ⁊ vanitates. Itẽ delitie ⁊ mol
licies ac carnis delectatões Insup diuitie
abũdãtie ac supfluitates. Anſ. O amãda
⁊ ãmiranda dignatio. deꝰ imense glie ver
mis contẽptibilis fieri nõ despexisti. Deꝰ
oim conseruus apparere voluisti. Parum
tibi visum est pare nobis eẽ ⁊ frater nr̃ eẽ
dignatus es. Et tu dñe vniuersorꝫ q̃ nul-
lã habes indigentiã inter ipa natiuitatis
tue initia nõ horruisti abiectissime paup-
tatꝫ degustare incõmoda. Consolami cõ-
solamini q̃ in sordibꝫ paupertatis enutrimi-
ni qꝛ vobiscũ est deus in paupertate. Nõ cu
bat in delitijs splendidi cubilis: nec inue-
nit in terra suauiter viuentiũ. Quid igitur
gliaris: o diues res lutea in volutabro le-
cti picti ⁊ delicati: cũ rex regũ suo recubitu
stramenta pauperum honestare maluerit?
Quid dura strata detestaris cũ tener in-
fantulus in cuius manu sunt oia regna tu
is sericis: plumeis lectis: duras iumentorꝫ
stipulas pcelegerit? Hec ille. O quid erat
videre filium dei inuolutũ pannis lachry-
mantẽ: p̃ frigore tabescentẽ. Nam licꝫ nox
⁊ hyems esset: nulla tñ fit mentio de igne.
O humani cordis duricia cur non molli-
ris: cur non flecteris: cur non moueris ad
paupertatẽ saluatoris oim contemplandã?
Sunt nempe mentes hũane gelate ⁊ fer-
ro duriores q̃ chr̃m paruulũ non audiunt
clamantẽ ⁊ dicentẽ. Peccata deponite: pec
cata deponite/ qꝛ ꝓpter peccata incipio pe-
grinari ad mortẽ. Sed quid tu faciebas o
virgo pijssima qñ tu videbas in assumpta
carne creatorẽ oim in tã ignobili loco na-
tum? Certe flebãt oculi tui q̃ tanto magꝫ
eras pietate deuicta quãto certior eras de
altitudine secreti. O mirãda prorsus chri
sti humilitas p quam iuste confundit hũa-
na superbia. Sed vt euidentius ꝯtempla
ri valeas humilitatẽ dñi: considera septeꝫ
gradus quibus ad nos descendere digna-
tus est vt nos in celestia sublimaret. Pri
mus est quia descendit a patria in exilium
.s. huius mundi Joan. xvj. Exiui a patre ⁊
veni in mundũ. Berñ. O iestimabilis di
lectio charitatis q̃ in carceris huius hor-
rorem descendit altitudo diuitatis. Se
cundus quia descendit de dominio in ser-
uitium. Matth. xx. Non venit ministrari
sed ministrare. Et Phil. ij. Formã serui ac
cipiens. Idcirco bene debemus sibi serui-
re. Esa. lx. Gens ⁊ regnum qd̃ non seruie
rit tibi peribit. Tertius de diuitijs i pau
pertatẽ. ij. Corꝫ. viij. Scitis gr̃am dñi no
stri iesu christi qm̃ cum dives esset pro vo
bis egenus esse voluit vt illius inopia di-
uites essetis. Berñ. Pauper natus: paup
vixit: paup obijt. Matth. viij. Vulpes fo
ueas habent ⁊ volucres celi nidos: filius
aũt hominis non habet vbi caput suuꝫ re
clinet. Unde in presepio natus est int̃ ani
malia. Cirillus. Repperit hominẽ factuꝫ
bestialem in anima: ⁊ ideo in presepio loco
pabuli ponit̃ vt vitam bestialẽ mutantes
ad consonã homini pducamur scientiam.
pertingentes non fenũ sed panẽ celestem
vite corpus. Quartus gradus est depo
tentia in infirmitatẽ. Leo papa ser. de na-
tiuitate dñi. Suscipit̃ a maiestate infirmi-
tas. Esa. liij. Vere languores nostros ipe
tulit. Et hoc vtiqꝫ incepit ab ipa sui na
tiuitate. Quintus de pulcritudine i de-
formitatẽ. Sicut enĩ testat̃ Ps. Fuit spe-
ciosus forma pre filijs hoim. sed conspu-
tus in facie ⁊ deturpatus est. Esa. liij. Nõ
est ei species neqꝫ decor. Sextus de glo
ria in ignominiã. De gloria eius dr̃ Jo.
j. Vidimꝰ gloriam eius quasi vnigeniti a
pr̃e. Ignominia ãt ptꝫ qꝛ irrisus ẽ verbis
⁊ factꝫ. Esa. liij. Considerauimus eũ no-
uissimũ virorꝫ ⁊c. qd̃ et verificatum est ab
ipa sui natiuitate in qua sup fenum posit
est in presepio ⁊ itẽ bruta animalia. quis
enim vnq̃ adeo pauper ⁊ vilis quem au-
dieritis tam humiliter ⁊ in loco tante abie
ctionis natum. Septimus est de leticia
in tristiciã Matt. xxvj. Tristis est anima
mea vsqꝫ ad mortẽ. Hanc aũt mortẽ sem-
per in corde habuit etiam a conceptiõe sua
qꝛ extunc preuidit ⁊ acceptauit mortẽ acer
bissimã se p nobis passurũ. O quantũ cõ
fundi debent superbi diuine maiestatꝫ hu-
militatẽ considerantes. Berñ. Incolate-
ralis impudentie res est vt vbi se exinani
uit maiestas infletur vermiculus vilis et
intumescat.

Sequit̃ tertia contemplatio vicꝫ de desi-
deranda vtilitate

Tertia est ꝓtemplatio desideran
de vtilitatis. Vbi ꝓtemplari de
bemus vtilitates ꝑmaximas ex
chr̃i dñi natiuitate nobis ꝓuenientes. Cir
ca hanc aũt ꝓtemplationẽ notãde sũt tres
ꝓsiderationes.

¶ Prima est consideratio declaratiue di
stinctionis.

¶ Secunda est consideratio preparatiue
dispositionis.

¶ Tertia est consideratio perfectiue in
quisitionis.

Prima est cõsideratio de

clarative distinctionis. vbi vicz ꝓsideran
da est distinctio multiplicz vtilitatis ex do
mini natitate nobis ꝓuenientis. Est aũtẽ
triplex hmõi bñficium

¶ Primũ est pacificatiue reconciliationis

¶ Scõm illuminatiue instructionis

¶ Tertiũ deificatiue filiationis

Primũ igit est bñficium pacificatiue recõ
ciliationis. In cuius mysteriũ nat⁹ est do
minus ꝛpe pacis ꝛ ipo nato cantauer⁹ ut
angeli Gloria in excelsis deo ꝛ in terra pax
hominib⁹ bone voluntatis. vt hr̃ Luc. ij.
Vñ Eph. ij. Ipe est pax nra ꝛc. ¶ Scõm
beneficiũ illuminatiue instructiõis. In cu
ius mysteriũ nox ꝛa illuminata est Lu. ij
Claritas dei circũfulsit il. Et ipe dñs di.
Jo. viij. Ego sum lux mundi. Et Joã. j.
Erat lux vera q̃ illu. oẽm hoiem venientẽ
in hunc mundũ. O quante tenebre erant i
mundo añ hui⁹ lucis aduentũ Esa. ix. Po
pulus q̃ ambulabat in tene. vidit lucẽ ma
gnã: habitantib⁹ in regione vmbre mortz
lux orta est eis. Sed heu heu nunc dicere
possum⁹ illud Jo. iij. Lux venit in mũdũ
ꝛ dilexerunt homes magis tenebras ꝙ lu
cem. ¶ Tertiũ est bñficium deificatiue fi
liationis Gal. iiij. Misit de⁹ filiũ suũ ꝛc.
vt adoptionẽ filioꝝ reciperem⁹. Et Joã.
j. Quotq̃t aũt receperũt eũ dedit eis po
testatẽ filios dei fieri. j. Jo. iij. Videre q̃
lem charitatẽ dedit nob de⁹ vt filij dei no
minemur ꝛ sum⁹. Aug. Deus factus ẽ hõ
vt hõ fieret de⁹. ij. Pet. j. Maxia ꝛ ꝑciosa
vobis ꝑmissa donauit vt ꝑ hec efficiamini
diuine consortes nature. hec et alia multa
bñficia innumerabilia q̃ ex chr̃i natiuitate
ꝓueniũt nos inducere debẽt ad hãc sacrã
solemnitatẽ cũ oi deuotion⁹ ꝛ spũali letitia
celebrandam. Legit in ỹb. petri cluniacẽn.
q̃ in nocte natalis dñi: cuidã deuoto mona
cho vigilanti apparuit btã virgo maria te
nens filiũ in gremio ꝛ colludens cum eo.
Cui filius. O mr̃ dulcissima quanta ẽ ho
die letitia hoib⁹ de natiuitate mea in q̃ vi
te innocentiã: doctrine affluentiã: miracu
lor⁹ excellentiã: sacramentor⁹ celestiũ ꝓce
minentiã ꝛ abundantiã secretor⁹ eis gra
tis dedi. Sed econtra. quanto dolore ꝛ i
uidia nunc diabolus cruciat videns deum
incarnatũ.

Scda est consideratiue p

paratiue dispositiõis. vbi ꝓsiderãda ẽ dis
positio ꝑparatiua ad hmõi vtilitates susci
piẽdas. Est aũtẽ ꝑcipue ad hoc necessaria
triplex conditio q̃ ex ꝓditionib⁹ pastor⁹ ac
cipi põt q̃bus reuelata ẽ chr̃i natiuitas.

Prima ẽ hũilitatis ac simplicitatz rectitu
do. Erant eĩm pastores viri simplices ꝛ hu
miles. O q̃m multi tum⁹ sapientes ꝓhi: mul
ti ꝓncipes: multiq̃ diuites iacebant in le
ctis ꝛ eis nõ est reuelatus ort⁹ saluator⁹ is.
Bar. xj. Abscondisti hec a sapientib⁹ et
prudentib⁹ ꝛ reuelasti ea paruulis. ¶ Scda
est custodie solicitudo. Erant eĩm custodiẽ
tes gregẽ suũ in q̃ designat⁹ ꝙ chr̃i natiui
tas ꝓdest eis q̃ suas ꝛ cõmissas sibi anias
custodiunt solicite. Deut. iiij. Animã tuã
solicite fua. Et Hiere. vj. Pascet vnusq̃s
q̃ eos q̃ sub manu sua sunt. Et Actz. xx.
Attendite vobis ꝛ vniuerso gregi in quo
posuit vos deus regere eccliam.

¶ Tertia vigilꝛ ꝓmptitudo. Erãt pa
stores vigilantes. Non enim apparet chr̃i
stus dormientibus in peccatis ꝛ negligen
tibus. Ideo Eph. v. Surge q̃ dormis et
exurge a mort⁹ illu. te chr̃s. Bern. Vigi
lantib⁹ pastor⁹ib⁹ annunciat⁹ gaudiũ lucis ꝛ
ris ꝛc ecce natus saluator⁹ pauperib⁹ atq̃ labo
rantib⁹ nõ yob diuitib⁹ q̃ viam habetis cõ
solationẽ nõ diuinã.

Tertia ẽ cõsideratõ pfecti

ue inquisitõis Vbi ꝓsiderãda ẽ spẽs triplex
ꝓditio requisita ad q̃rendũ chr̃m et ꝑdictas
vtilitates.

¶ Prima est feruor mentalis affectionis
Hec est enim radix omnis bon⁹. Vñ pa

stores mirabiliter affecti ad videndũ chr̃m: loq̃bant ad inuicem dicentes. Transeamus vsq; bethleem: ⁊ videamus hoc verbũ. i. istam rẽ dignã ꝟbo ⁊ recordatiõe. Nota bñ q̃ christus in nazareth ꝯcipit. et in bethleem nascit. Nazareth q̃ppe interpretat flos: ⁊ bethleem domus panis. Cũ g̃ hz florẽ boni ꝓpositi in corde: in eo chr̃s ꝯcipit. Sed cuz fructũ boni opis facit/chr̃us in eo nascit. Sz proh dolor multi faciũt abortiuũ. Cõcipiunt quidẽ q̃nq; sz nõ pariũt. Igit ꝑm cõsiliũ Bede: transeamus etiã nos exẽplo horũ pastoꝝ vsq; in bethleem ciuitatẽ dauid cogitãdo ac recolamus amãdo: ⁊ incarnationẽ chr̃i dignis hõribꝫ celebrãdo. Transeamus etiã abiectis carnalibꝫ ꝯcupiscẽtijs: toto desiderio mẽtis vsq; in bethleem supernã. i. domũ panis viui: nõ manufactaz sed eternã in celis: et recolamus amãdo q̃a verbũ caro factuz/illuc carne ascendit: ibi q̃ sedet in dextera patris. Illuc eũ tota virtutũ instantia seq̃mur: ⁊ solicita cordis ac corpis castigatione ꝓcuremus vt quẽ illi in p̃sepio videre vagientẽ: nos in patris solio mereamur videre regnãtẽ. Scda cõditio est vigor realis executõnis: exequendo scz diligent affectõnem boni ꝓpositi sine ꝓcrastinatione. Ideo dicit q̃ venerunt festinãtes in bethleem. Eccl'ias. v. Ne tardes conuerti ad dñm. ⁊c. Tertia est rigor carnalis macerationis. Nã sicut dicit Job xxviij. Non inuenit in terra suauiter viuẽtiũ. Unde pastores inuenerũt iesũ puerũ pannis inuolutũ. ⁊ positũ in p̃sepio. iuxta verbũ angeli dicentis ad eos. Et hoc vobis signũ: Inuenietis infantez pãnis inuolutũ ⁊ positũ in p̃sepio ⁊c. Cũ aũt euz inuenissent ⁊ adorassent: reuersi sũt cuz gaudio: quia qui per contemplationẽ ducitur ad agnitionem diuine bonitatis: iocũdus redit ad exercitiũ vite actiue. Nos igit piissimũ iesum queramus in humilitate cordis ⁊ in simplicitate cũ pastoribꝫ. Et certe si pastores illos spũaliter imitemur: iesuz natũ inueniemus in cordibꝫ nr̃is: sicq; dicere poterimus q̃ verbũ caro factũ est ⁊ habitauit in nob. Sicut g̃ dicit Beda in omel' Nos que dicta sũt de saluatore nostro plena dilectõne festinemus amplecti: vt hec in future ꝑfecte cognitionis visu comprehẽdere valeamus Amen.

Pro festo circũcisiõis domini.

Vocatũ est nomẽ eius iesus. Luce. ij. Solennis est ⁊ celebris dies hodierna. Tum ꝓpter octauã natiuitatis. Tum etiã ꝓpt signaculũ circũcisionis q̃d hodie chr̃s suscepit. Tum etiã ꝓpter ꝓmulgationem sui nois. de q̃ euangeliũ dicit Vocatũ est nomẽ eius iesus. vocatũ dicit: nõ impositũ. A deo impositũ fuit hoc nomẽ: sz ꝑ angelũ denũciatũ marie ⁊ ioseph: ⁊ ꝑ eos alijs diuulgatũ Sic ãt dic̃ Tho. i. iij. pt. q. xxxvij. Noia q̃ aliq̃bꝫ imponunt diuinitus/ sꝑ signãt aliq̃d gratuitũ donũ eis diuitus datũ. sic̃ Gen. xvij. dixit dñs abrae. Appellaberis abraã q̃z patrẽ multaꝝ gẽtiũ ꝯstitui te. Et mat. xvj. dictũ est petro Tu es petrus et sup hãc petrã edificabo ecclesiã meã. Quia g̃ christo hoi hoc gr̃e munus collatũ erat vt per ipm oẽs saluarent Jõ ꝯuenient vocatũ est nomen eius iesus. i. saluator. Sunt q̃ppe plura nomina ipsius dñi saluatoris. Tamẽ ad pñs tria ipsoꝝ specialit contemplabimur. quoꝝ significatio maxime nobis explicat ea que nostre saluti ꝯueniunt: ⁊ ipz deũ significãt vt subsistens est i vtraq; natura. scz Emanuel: Christus: Jesus.

Primũ est nomen admirande celsitudinis. Emanuel

Scdm est nomẽ venerande sanctitudinis. Christus

Tertiũ est nomen desiderande dulcedinis. Jesus.

Primũ est nomẽ admirãde celsitudinis. Et hoc est hoc nomen emanuel. de quo Esa. vij. Vocabit nomen eius emanuel. q̃d signat illã supadmirabilem vnionẽ deitatis et humanitatis in persona dñi saluatoris. Emanuel enim interp̃tatur nobiscũ deus. vl' nobiscũ diuinitas. Est aũt deus ipse ꝑ natiuitatẽ suaz tpalem nobiscũ triplici presentia.

Prima est presentia ꝑsonalis vnionis.

Scda est specialis ꝓpitiationis

Tertia est sacramental' refectionis

Prima ẽ presentia personalis vnionis: per quã sic specialit nunc nobiscũ est deus q̃ nõ illo mõ cũ angelis

Heb. ij. Nusq̄ angelos apprehendit: sz semen abrae. Vide ii vis. s. ser. de aduentu in tertia pncipali cōsideratione

¶ Scda ē presentia specialis ppitiationis. Nūc eniz promptior est ad miserandū nobis q̄ ante christi incarnationē z natiuitatē. Est g̃ speciali mō nobiscū q̄ nūc tpe gratie sum⁹. sm quē modū nō erat cū his q̄ in tpe veteris testamenti fuerūt. Promptius em̄ facilius accopiosius nūc cōcedit miscōia pccōrib⁹ ad deuz se cōuertentib⁹. Juxta illud Esa. xlix. In tpe placito exaudiui te: z in die salutz auxiliatus sū tui. Qd expōit paul⁹ de tpe gratie ij. Cor. vj. di. Ecce nūc tp̄s acceptabile ecce nūc dies salutis. Nūc q̄ppe cū leuiori satisfactione pōt aliq̄s dei miaz obtinere q̄ tpe veteris legis Et hoc est ꝟtute illi⁹ acceptissime oblationis quā fecit chr̄s de se ipso p oibus. Hebr. ix. Sanguis chr̄i qui p spūm scm̄ semetip̄m obtulit imaculatuz deo patri: emundabit cōscientias nr̄as ab operib⁹ mortuis. Possumus igit dicere illud ps Dn̄s ꝟtutū nobiscū: suscep. noster .s. ad miscōiam: deus iacob

¶ Tertia est presentia sacramentalis refectionis. p quā sic est cum nobis christianis q̄ nō cū infidelib⁹: Jdo dicit dn̄s matt. vltz. Ecce ego vobiscū suz vsq̄ ad cōsūmationē seculi. Et vide deuote inextimabilē chr̄i charitatē. Qd em̄ de nostra sumpsit humanitate totū p nobis obtulit: totū q̄ nobis reliquit pro animarū refectione.

Secūdū est nomē venerāde sanctitudinis. scz hoc nomē christus. de quo Lu. ij. Natus est vobis hodie saluator q̄ est christ⁹ zc. Et dicit nomen venerāde sanctitudinis: qz significat illā pfectissimā z plenissimā gratie vnctionē z sanctitatē que fuit z est in aīa christi. Christ⁹ em̄ interpretat vnctus. Dicit aūt dn̄s ipe christus p antonomasiā: qz summus rex: sūmus propheta: summus sacerdos. Iste em̄ tres psone antiquitus inungebant et christi dicebant. Vnde christus non ē nomen pprium sed appellatiuū. appropriatuz tn̄ ipsi deo p antonomasiam. Ab hoc aūt nomine dicimur christiani. quod nomen p̄mo ab apl̄is z discipulis fuit introductuz apud antiochiam: vt dicit in li. Ecclesiastice historie. antea aūt dicebātur discipuli. Quia g̃ nomen debet esse consonuz rei vt probatur. xxj. dist. c. Cleros. z extra de p̄bendis et dignitatib⁹. c. Cuz scdm. Jdeo oportz vt qui christiani dicunt: christū imitent. Hinc est qd scribit: extra de sacra vnctione. c. Conuenisse. A christo christiani dicunt: vt quasi vncti diriuēt ab vncto: vt omnes currant in odorem vnguentoꝝ illius cuius nomen est oleū effusuz. Et Augustz. li. de doct. christz. Ex sacramēto vnctionis: christianoꝝ oīm vocabulū descendit: quod nomen ille frustra sortit qui christū minime imitat. Itē Aug⁹. Christian⁹ iusticie: bonitatis: pudicicie: castitatis: patientie: humilitatis: innocētie z pietatis ē nomē. Et tu istud quō tibi defendis z vēdicas: cui de tā plūmis reb⁹ nec pauca subsistūt. Christian⁹ vere est ille qui nō nomē tm̄ sed etiā ope est. Hec Augz. Vn̄ et ipse christ⁹ Jo. xiij. Exemplum dedi vobis vt quēadmoduz ego feci: ita z vos faci. ¶ In mysterio aūt sue circūcisionis dedit nobis triplex exemplū salutare qd imitari debē⁹

¶ Primū ē sectāde obediētie z hūilitatis.
¶ Scdm ē tolerāde angustie z pēalitatis
¶ Tertiū ē resecāde malicie z prauitatis.

Primū est exemplum zc.

In hoc videlz q̄ legez seruauit. circūcisus scz octaua die sic p̄ceptū erat in lege. Gal. iiij Misit deus filiū suū factū sub lege.

Scdm est exemplū tolerāde angustie z penalitatis.

Tunc em̄ cepit p nobis pati z sanguinē suū fundere. j. Petri. iiij. Chr̄o in carne passo z vos eadē cogitatione armamini.

Tertiū est exemplū resecāde malicie z prauitatis.

Quia em̄ circūcidi corporaliter voluit: docuit nos spiritualiter circuncidi debere. Rhom. ij. Circūcisio cordis in spiritu non littera. cui⁹ laus non ex hominibus sed ex deo est. Facta ē autem huiusmodi circūcisio die octaua. Per octo quippe dies intelligere possum⁹ octo cōsiderationes q̄ sunt q̄si octo lumiaria siue dies spirituales quibus agnoscitur q̄ vilis q̄ periculosus et q̄ detestabi-

lis est status pcti. Qui em hmōi conside/rationib⁹ attēte ⁊ diligēter inuigilat: per vn̄quāq; eaz vnā magnā dīē facit ad p/ficiendā ⁊ attingendā spūalē aie circūcisio nem a peccato ⁊ omni macula ⁊c.

¶ Prima est cōsideratio turpissime vili/tatis que scz est in ania per peccatū. Hiere. ij. q̄ vilis facta es nimis. et hoc p pctm̄.

¶ Secunda est cōsideratio miserrime ser/vitutis. Joan. viij. Qui facit peccatū/ser/vus est peccati. glosa. i. diaboli.

¶ Tertia est cōsideratio certissime morta litatis. Ps̄. Quis est homo qui viuet ⁊ n̄ videbit mortē: quasi dicat: nullus.

¶ Quarta est consideratio varie instabili tatis. Job. xiij. Nunq; in eodē statu p̄ma net. et Eccēs. ix. Nescit hō finē suū ⁊c.

¶ Quinta est consideratio diuine seueri/tatis. s. in finali iudicio. Hebre. x. Horren dum est incidere in manus dei viuentis.

¶ Sexta est ꝓsideratio ifernal' acerbitat; Matth. xxij. Ibi erit fletꝰ ⁊ stridor dētiū.

¶ Septima est consideratio amisse felici/tatis. Bern̄. Ue ve ve vapor est ad mo/dicū parens q̄ eterne felicitatis aditū inf/

¶ Octava est consideratio of/ (cludit. fense maiestat;. Deut. xxij. Deū q̄ te genu it dereliq̄sti ⁊ oblitꝰes dñi creatōr; tui ⁊c. Tres p̄me ꝓsiderationes inducere debent ad ꝓfundiā de pctō sue pudorez. Cū em hō necessario sit mortalis ⁊ p pctm̄ fiat ser uus diaboli ⁊ ei silis in turpitudine pecca ti: misertū debet ꝓfundari pctm̄ cōmittere vel cōmisisse. Tres aūt seq̄ntes inducunt ad timorem. Utrū em tuhere hz pctōr si cōsideret q̄ instabilis sit eiꝰ vita ⁊ incertꝰ exitus in quo necessario habet comparere coram summo iudice/recepturus p̄o pecca tis sententiā damnatiōis etēne misi peni tentiā v̄am egerit. Huc aūt vltime indu cere debent ad diuinum amorē. Quis em non inflāmetur ad amorem dei si conside ret quanta sit felicitas quam diligēt⁹ se repromisit: et quanta est suauitas ⁊ dul/cedo ipsius diuine maiestatis. iuxta illud q̄ magna multitudo dulcedinis tue domi/ne quam abscondisti timēntibus te. Ex his autem tribus que sunt pudor: timor: et a/mor/ maxime perficitur cordis compun/ctio peccatorum purgatiua ⁊ aīme circū/cisiua.

Tertiū: est nomen desiderande dul/cedinis. s. hoc nomen Jesus. de q̄ dicunt ꝓphe ꝓ̄ta Vocatū est no/men eius iesus. qō nomē sig̃t desiderabi/lem n̄re salutis opationem. Un̄ Matt. j. angelus dicit ad Joseph: Vocabis nomē eius iesum. Ipse em saluū faciet p̄plm̄ suū a pctis eoꝝ. Hoc est itaq; nomē mire dul cedinis. Richar. de sctō vic. Jesus est no/men dulce: nomē cōfortās pctōrem et btē spei. q̄ iesu esto mihi iesus. Bern̄. Si scri bas/non sapit mihi nisi legero ibi iesum. si disputes ac ꝓferas/n̄ sapit nisi sonuerit ibi iesus. Jdē. Jesu dulcis memoria dās ve/ra cordis gaudia. sed sup̄ mel ⁊ oia eiꝰ dul cis p̄ntia. Hec ille. Hō miꝝ est si dulcissi/mū nob est hoc nomen iesus ⁊ reuerendū. Jn eo em̄ fundat tota spes n̄ra q̄ triplex e

¶ Prima est spes venie
¶ Secunda est spes gratie.
¶ Tertia est spes glorie.

Pria ē spes venie. Quis

em̄ peccator nō timeat nomē diuine potē tie. q̄s audeat sustinēre dīm vltionuz. sed exe iesus dulce refugiū in quo exinanitur maiestas et dulcescit potestas. j. Joan. ij. Scribo vobis filioli n̄ri qm̄ remittūtur vobis pctā vestra p̄pter nomē eiꝰ: qz ad/uocatū habemꝰ apud patrē Jesū chīm ⁊c. O mirabile ꝓsidoriū: pctōr penitens plo/rat ⁊ postulat: filiꝰ interpellat ⁊ impetrat: pater cōdonat: ⁊ spūs sctūs mētē letificat: testimoniū p̄bēs ꝓmissionis pctōr. Jō bn̄ dr Ack. xxij. Ablue pctā tua invocato noie iesu. Sicut itaq; sitiēti dulcis ē fons aq̄ viue: sic pctōri noie pctōr depsso dulce est nomē iesu.

Secunda est spes gratie.

Joan. j. Gratia ⁊ veritas per iesum chri/stum facta est. Triplicē aūt spem gr̄e exper itur aīma in nomine Jesu.

¶ Prima est spes gr̄e illūinatiue. Ad invo cationē em̄ ⁊ meditationē nois iesu illumi nat intellectꝰ nō solū superficie tenꝰ aut ver boꝝ folijs: sed sensuū siue sniaꝝ medullis. Jp̄e em̄ iesus ē lux vera q̄ illūinat oēz ho minē venientē i hūc mōm. Jn h̄ sic̄dē p̄ces antiq̄ p meditatiōez ⁊ ꝓcēplatiōez studen tes ⁊ n̄ in mortuis lr̄is: diuis mysteriis sē

mirabilit eruditi. Et tu ẽgro te a ẽra ſubtraxeris ⁊ ad alta ſuſtuleris ⁊ ad ieſum te converteris: tanto magis recipies lumen vere. In cuius myſterio diſcipuli Mat. xvij in montis ſupcilio leuantes oculos neminẽ viderũt niſi ſolũ ieſum. ¶ Secũda ẽ ſpes gre inflãmatiue q̃ ſm Bern̄. Per nomen dñi venit ad dilectionẽ ⁊ fruitionẽ. Et tõ dr Cañ. j. Oleũ effuſum nomen tuũ: ideo adoleſcentule dilexerunt te nimis. q̃ vicz ipe aie de nouo in pnia laborãtes q̃ adoleſcentule dicunt ardentiſſime exaltant p nomen ieſu in amore eius ad currendũ poſt dilectum. ¶ Tertia eſt ſpes gre corroborative Ro. viij. Certus ſum q̃ neq̃ mors neq̃ vita ⁊c. poterit nos ſeparare a charitate dei q̃ eſt in chriſto ieſu. Vñ Act. xxj. Agabus pphã tulit zonã pauli ⁊ alligans ſibi manus ⁊ pedes ait. Hec dicit ſpũſctũs. Virum cuius eſt zona hec: ſic alligabũt iudei in hierlm ⁊c. et ſequit. Rñdit paulus et dixit. Ego non ſolũ alligari ſed ⁊ mori paratus ſum in hierlm pter nomen dñi ieſu chriſti ⁊c. Et certe q̃cunq̃ leguntur in dño Ja pauptas p diuitijs / aſperitas p delitijs / et vilitas p honoribus reputat ei. cunctaq̃ illi ſupplicia p nomine ieſu dulcia fiunt. Vñ Act. v. Ibant apli gaudẽtes a ſpectu cõſilij q̃m digni habiti ſunt p nõie ieſu contumelijs pati. Sed hanc dulcedinẽ non ſentiunt miſeri pctores in pctõ delectationes q̃rentes: q̃ eis ieſus humilia q̃rit. ſi ſuperbo nõ placet. et q̃ oia mundana ptemplit: ſi non placet auaro. ⁊ ſic de ceteris aliis / ſed ſapit aie ſancte charitate feruide q̃ cum pphẽta Abacuk. iij. dicere põt. Ego aũt i dño gaudebo ⁊ exultabo in deo ieſu meo. ſ. ⁊ ñ in alio. Semp itaq̃ de dulci nomine ieſu aliq̃d eſt mẽorie cõmẽdãdũ qđ ruminatus dulcit paſcat ⁊ auidius appetitum alliciat Heb. xij. Aſpiciam in auctorẽ fidei ⁊ cõſummatorẽ ieſum q̃ poſito ſibi gaudio ſuſtinuit crucẽ pfuſione conẽpta. Semp igit aliq̃ hora diei cogitanda ſunt dñice paſſionis inſignia ⁊ nomis ieſu dulcedo vt mẽbris ibuta inde pcedat ad ſalutaria verba qr Mat. xij. Bonus hõ de bono theſauro cordis ſui pfert bona Bonus pfecto theſaurus in corde hois eſt nomen ieſu. Et dum q̃s ſic nomen ieſu meditat: ſtatim eũ pſentem ſentit. Juxta illũd Exo. xx. In oi loco in q̃ fuerit mẽoria nois mei veniã. Dũ etiam in tribulatione põit aliq̃s nomen ieſũ inuocat ⁊ deuote meditat: ſtatim conſolationẽ ſentit. Pſ. Proregã eũ q̃m cognouit nomen meũ. Hec aũt dicta diſcreda: nõ ſit intelligenda de hoc nõie ieſus q̃ntũ ad ſonũ vocis / vel etiã quãtũ ad lras ſcriptas: ſed inquantũ eſt ſignatiuũ dei ⁊ hois ſaluatoris mẽdi. Bern̄. Cũ ieſum nomino hominẽ mihi ꝓpono mitẽ humilẽ ſobriũ benignũ: caſtũ: miſericordẽ ⁊ oi denicq̃ bonestate ſpicuũ q̃ et ſuo me fouet exẽplo ⁊ roborat adiutorio. excitat ei torporẽ meũ ieſus de ⁊ hõ. Hec Bern̄.

Tertia eſt ſpes glie. quia ſic dr Act. iij. Non eſt aliud nomẽ ſub celo datũ hoibus in q̃ nos oporteat ſaluos fieri. Hoc eſt q̃ nomen glioſum pter ſpem iſtã glie. Jeſus em̄ ſaluator interptat. Eſt itaq̃ nomen ieſu nomen valde mirabile p qđ ſignat verbum ẽgro factũ: ⁊ in q̃ ſalus eterna ſperat: de q̃ dicere poſſum⁹ illũ pſ. Dñe dñs nr: q̃ admirabile eſt nomen tuũ in vniuerſa terra. Mirabile inquã angelis ⁊ hominibus ⁊ oi creature. Eſt em̄ mirabile huius nois gloria in terra. i. regione viuentiũ ſcz in celo. Eſt mirabilis huius nois gra in terra pegrinantiũ. Eſt mirabile huius nois miniſ iuſticia in terra morientiũ ⁊ pereũtiũ. Jõ dr paul⁹ Phil. ij. In nõie ieſu oẽ genu flectat: celeſtiũ: terreſtriũ: ⁊ infernorũ Ibidẽ. Dedit illi nomẽ qđ ẽ ſup oẽ nomẽ Tã venerabile eſt nomen ieſu q̃ apli dic Col. iij. Oẽ q̃cunq̃ facitis i vbo aut i opere in nomie dñi nri ieſu chriſti facite. Optimus eſt itaq̃ vtriuſcũq̃ verbi ⁊ operis initium ſit ieſus pariter ⁊ finis. Vñ ⁊ ecclia i oratiõnũ fine coit dr Per dñm nrm ieſũ chriſtm. O igit nomẽ ieſu exaltatũ ſup oẽ nomẽ O triumphale nomẽ O gaudiũ agendo ⁊ O letitia iuſtor. O pauor infernor. In te omis ſpes venie. In te ois ſpes glie. Nõ q̃ merito de ſaluatore dr. q̃ vocatũ eſt nomen eius ieſus. Hoc itaq̃ nomen tor affectib⁹ veneremur. In eo ſpem nram ponam⁹: vt in eius veritate pctõr veniã: dei gram: ⁊ glriam ſequamur ſempiternam. In qua eo preſtante videbit ipſe ieſus oi dulcedine pleniſſim⁹: Amẽ.

De epiphania dñi

Pro festo Epiph. Serm.

PRocidētes adorauerunt eū. Matth. ij. Bern. Festiuis et maxie p̄cipuis solennitatib⁹ magꝝ circa ea q̄ solēnitatis sunt imorādū videt vt pariť erudiatur anim⁹ et excitet affect⁹, quō em̄ celebrabitꝝ si nescatꝝ? Hec ille. Sunt ḡ hui⁹ solennitatꝝ mysteria ꝓtēplanda vt p hoc cōtemplationē feruear deuotio nr̄a ad hui⁹ festiuitatꝝ celebrationē. Vocat aūt festum istud apparitio dñi q̄ vicꝝ apparuit verus deus /verus hō/ et verus saluator. Est aut em̄ hmōi apparitio triplex. Prima dr epiphania/ab epi/supra/et phanes apparitio. qr tunc stella desup apparēs manifestauit magꝝ ortū saluatoris. ad quē cū tredecim essꝝ dieꝝ stella duce puenerūt. Scōa dicit theophania a theos qđ est de⁹ et phanes apparitio: qr tota diuina trinitas apparuit in baptismo chr̄i eadē ipa die q̄ est a magis adorat⁹ reuolutis. xxix. annis secundū m'tos. vl' reuolutꝝ triginta ānis sm̄ Aug. Chrys. et Bedā. Tertia dr bethphania a beth qđ est dom⁹. qr in domo nuptiaꝝ apparuit ver⁹ de⁹ qñ mutauit aquā in vinū eadē die q̄ baptizatus est anno reuoluto. Vt aūt plenius et clari⁹ videam⁹ q̄m magna sit solennitas ista et q̄nta sit deuotione celebranda intelligendū ē q̄ sm̄ p̄dictas tres apparitiones ad hāc solēnitatē spectāt tria mysteria multū sublimia statū ecclie et nr̄ā salutē ex directo respicientia. Primū est mysteriū vocationis. Magi em̄ venientes ad chr̄m figura fuerunt vocatiōis gentiū ad fidē. Vñ dicit Aug⁹. ser. de epiphania. q̄ isti magi fuerunt p̄mitie gentiū

Sēm est mysteriū p̄parationis. s. sponse ecclie. hēdem p̄paratio seu purgatio representat in baptismo chr̄i. Eph. v. Chr̄us dilexit ecclīam et tradidit semetipm̄ p ea: vt illā sanctificaret mundās eā lauacro aq̄ in verbo vite vt exhiberet sibi gl'iosaꝝ ecclesiā non habentē maculā neq̄ rugam.

Tertium ē mysteriū nuptialis celebrationis. s. inter chr̄m et eccl'iam et hoc figuratū est in nuptiis illis in quib⁹ chr̄s mutauit aquā in vinū In nuptiis enim celestib⁹ mutat aqua tribulationis in vinū cōsolationis. Attende bñ q̄nta sunt ista mysteria et q̄excellenter in eis manifestat dei⁹ una bonitas et nr̄a salus p̄curat. In p̄mo em̄ mysterio fit ecclie seu cuiuslibet aie spōse chr̄isti inuitatio. In scōo fit sponse inuitate p̄paratio. In tertio ꝓ nuptiaꝝ celebratio. De his trib⁹ cantat hodie ecclesia Hodie celesti sponso iuncta est ecclīa q̄m̄i iordane lauit chr̄istus ei⁹ crimina. Currūt cum muneribꝰ magi ad regales nuptias/ et ex aq̄ facto vino letant conuiue. In p̄senti aūt sm̄one de primo horꝝ mysterioꝝ sigue de p̄ma apparitione q̄ magis apparuit saluatoꝛ stella duce: dicturi sum⁹ de quib⁹ ꝛoquūf ꝛba ꝓposita/ vicꝝ Procidētes adorauerunt eū. Circa quā appar. tionē tria sp̄ealia mysteria ꝓtemplanda.

Primū est supernaturalis intelligētie.

Scōm est sp̄ealis diligentie.

Tertiū ē sp̄ualis reuerentie.

PRimū est mysteriū tē. quō. s. magi habuerunt supnaturalē intelligentiā saluatoris xp̄i nati q̄ statim cū nat⁹ esset ip̄e ihesus venerūt ad adorandū eū. Sciendū ītaq̄ triplicē fuisse talē intelligentie magoꝝ rōnē.

Prima est stelle apparitio.

Scōa est ꝓphetie cognitio.

Tertia ē diuine gr̄e inspiratio.

Prima ē stelle apparitio

de q̄ dicit Leo papa in ser. de epiph. Tribus magis in regione orient⁹ stella noue claritatis apparuit q̄ illustrioꝛ ceteꝝ: pulchrioꝛq̄ sideribꝰ in se intuentiū oculos animosq̄ conuerteret vt ꝓfectum aduerterēt non ē ociosum qđ tā insolitū videbat. Et sicut dicit Aug⁹ lib. ꝓ fausti. Stella illa nō erat ex illis stellis q̄ ab initio create iti nex suoꝝ ordinē sub creationis lege custodiunt: sed nouo ꝛginis partu nouū sidus apparuit. Fulgent⁹ aūt dicē q̄ stella illa ab alīs differebat p̄cipue in trib⁹. s. in situ q̄a non erat localiter sita in firmamēto sꝛ pendebat in meditullio aeris. primo terre Jn fulgore qr ceteris erat splendidioꝛ/ splendoꝛe em̄ eius nō poterat splendoꝛ solis obfuscare: imo etiā in meridie lucidissima apparebat. Jn motu: quia p̄cedebat magos more viatoris.

Scda rō fuit pphetie cognitio. Nam sic dicit Remigius. Licz d magis varia sit opinio: magis tn credendū est eos fuisse nepotes balaā. Balaam em int cetera q pphetauit dixit sic hr Num. xxiiij Orietur stella ex iacob ⁊ exurget hō ex israel Illi g habentes hanc pphetiā mox vt viderunt stellā nouā intellexerunt regē natū ⁊ venerunt. Hec Remigius. Sic aūt dicit de Lyra. Isti dicti sunt magi nō a magica arte sed a magnitudine scie. Et iō dicti sunt etiaz reges quia illo tempore phi sapientes regnabant.

Tertia rō fuit diuine gratie inspiratio sine q nihil pfuissent alie due rōnes. Videntes em stellā intellexerūt p diuinā inspirationē q illa erat q p balaam pdicta fuerat. Leo papa ser. Epiph. Dedit aspicientib intellectū q pstitit signum ¶ Notandū igit circa pdicta q tria nobis intelligentiā pbent ad chrm cognoscendū qrendū: inueniendū: ⁊ adorandū. ¶ Primū est fidei illustratio. que per stellam ꝯgnat. Esa. vij. sm aliam lram. Si non credideritis non intelligetis. Aug. Fides ē illuminatio mentis ad supnam vtutē: cognoscendā vicz ⁊ amandā. ¶ Scdm est scripturaꝝ instructio. Ps. Declaratio sermonum tuoꝝ illuminat: ⁊ intellectū dat puulis. ¶ Tertiū est diuina inspiratio q cuilibet offert quantū ad ea que sunt de necessitate salutis. Apo. iij. Ecce ego sto ad ostium ⁊ pulso ⁊c. Sed heu multi huic inspirationi resistunt Act. vij. Dura ceruice et incircūcisis cordib ⁊ auribꝫ vos semp spiritui sctō restitistis ⁊c

Secundum est mysteriū specialis diligentie. s. ad querēdū christum natum. Hanc aūt magorum diligentiam tria manifestant q i euāgelio tangunt

¶ Primū est velox itineris aggressio.
¶ Scdm est solicita inqsitio.
¶ Tertium est itineris perficiendi acceleratio

Primū est velox itineris aggressio. Statim em visa stella ⁊ habita intelligentia signationis eius aggressi sūt vt venirent ad adorandū puerum natum sequentes stellam. Unde dicit euangeliuz Mat. ij. Cum natus esset iesus in bethleē iude in diebꝫ herodis regis: ecce scz in pmptu et statim/ magi ab oriente venerunt hierosolymā. Ita ⁊ nos statim habita dī noticia ⁊ ciuitatꝫ celestis: aggrediendū ē iter salutis

Scdm est solicita inquisitio. Venerunt em reges pdicti in ciuitatē regiam scz hierosolymā solicite inquirentes ⁊ dicentes. Ubi est qui natus est rex iudeoꝝ. Vidimus em stellā eius in oriente ⁊ venimus adorare eū. Et nota quō in his verbis chrm vex hominē: verū regē: ⁊ verum deū magi confessi sunt sic dicit Remigius. Audiens aūt herodes rex turbatus ē ⁊ oīs hierosolyma cū illo. Chrys. Sic ramū arboris in excelso positū leuis etiā aura mouet: sic ⁊ sublimes homies in culmine dignitatū existentes leuis etiā fama cōturbat. Greg. Celi rege nato rex terre turbatus est qꝛ nimirū altitudo terrena confunditur dū celsitudo celestis aperit Aug. Quid erit tribunal iudicantꝫ qn supbos reges cuna terrebat infantis? Pertimeāt homines regē ad patris dexterā iam sedētem quē rex impius timuit adhuc mris vbera lambentē. Hec ille. Non solum aūt herodes turbatus ē sz etiā oīs hierosolyma cū illo. i. maiores ciuitatis fauentes herodi accipiendo partē p toto vt dicit de Lyra. Nec mirū hoc qꝛ gaudere nequeūt impij de aduentu iusti. Sic itaqꝫ turbatus herodes cōgregans oēs pncipes sacerdotū ⁊ scribas sciscitabat ab eis vbi chrs nasceret. Hoc faciebat volens chrm natum pdere. At illi pīti in lege rnderūt. In bethleem iude: allegantes pphetiā q habetur Michee. v. Et tu bethleem terra iuda ⁊c. O miseri iudei qui locum natiuitatꝫ christi cognouerunt ⁊ alijs ostenderunt nec tamen ad eū adorandū perrexerunt. Aug. ser. de Epiph. Alijs demonstrato vite fonte ipi mortui sunt siccitate. siles facti fabꝫ arce noe q alijs vbi euaderent pstiterunt ⁊ ipi diluuio perierunt: similes lapidibꝫ miliarijs q hoibꝫ viā ondērūt nec ipi ambulare potuerunt. Hec Augustinus. Nota iuxta hoc quinetiam nunc litteratiores sepe sunt ad querendum dominum tar-

diores. Audito itaq; loco natiuitatis chri tūc Herodes clam vocat magis/ diligenter didicit ab eis tps stelle q̄ apparuit eis Chrys. Occulte eos vocauit vt nō viderent iudei q̄s hēbat suspectos: ne forte q̄si regē sue gētis amātes pderēt ꝯsiliū eius. Hec ille. Mittens igit eos. s. magos in bethleē: dixit. Ite ⁊ interrogate diligēter de puero: ⁊ cū iueneritis renūciate mihi vt ⁊ ego veniēs adorē eū. O venenosa ⁊ dolosa locutio. O iniq̄ astutia serpētina. quia sic dt Greg. in homel. Adorare eū se velle simulat: vt hūc si inuenire possit extiguat. Chrys. sup Matt. Deuotionē pmittebat ⁊ maliciā cordis sui hūilitatis colore depingebat. Talis est ꝯsuetudo oim malignorū qn̄ aliquē in occulto grauiꝰ ledere volunt: humilitatē illi ⁊ amicicias fingūt. Vn̄ dic Et cū inueneritis renūciate mihi: vt ⁊ ego veniens adorē eū. Leo papa. q̄ felix foret si magorū imitaret fidem ⁊ ꝯuerteret ad religionem qd̄ disponebat ad fraudem.

Tertiū quod ostendit magorū diligentia est pficiendi itinerꝫ acceleratio.

Statim em̄ vt dr in euāgelio. Cum audissent regē abierūt. Remigiꝰ. Audierunt magi herodem vt q̄rerēt dn̄m: sed nō vt ad eū reuerterent. significabant em̄ bonos auditores q̄ bona q̄ audiūt a malis p̄dicatoribꝫ faciūt: sed tn̄ opa illorū nō imitant. Hec ille. Et ecce stella quā viderant in oriente ancedebat eos vsq;dū veniens staret supra vbi erat puer. Chrys. Ex hoc loco ostēdit q̄ cū stella dedixisset magos ꝓpe hierlm abscōdita est ab eis: vt relicti a stella cogerent in hierusalē interrogare de chro simul ⁊ manifestare ꝓpt duo. Primo ad ꝯfusionē iudeorū. q̄ gentiles stelle tm̄modo visōe cōfirmati: chrm p alienas ꝓuincias requirebant. et iudei ab infantia ꝓphetias legētes de chro etiā in finibꝫ suis natū nō susceperūt. Demū vt interrogati sacerdotes vnde nascit chrs: ad p̄iudiciū suū respōderēt: de bethleē. hec Chrysost. Solet ⁊ alia rō assigri quare eis disparuit stella. q̄ sic dt glo. Auxiliū q̄rētes humanū: iuste pdiderūt diuinū. Remigiꝰ Stella sigt gratiam dei. Herodes diabolum. Qui aūt per pctm̄ se diabolo subdit: mox gram perdit. q̄ si p pniam recesserit: mox gram inuenit q̄ non dimittit donec pducat ad domum pueri. i. eccliam. Hec ille. Ipsis g̊ a hierlm recedentibꝫ: iterū apparuit stella q̄ antecedebat eos vsq;dū veniēs staret sup vbi erat puer. Vidētes aūt stellā: gauisi sunt gaudio magno valde. Chrysost. Gauisi sunt: q̄ spes eorū nō erat decepta: s̄ amplꝰ ꝯfirmata. Glo. Gaudio gaudet q̄ ꝓpter deū gaudet q̄ est verū gaudiū. Addidit aūt ⁊ magno: q̄ de magno gaudebant. Chry. Per mysteriū em̄ stelle intelligebāt qm̄ dignitas tūc nati regꝫ excedebat mēsurā oim mūdialiū regū. ido addidit etiā: valde. Hec ille. Legit aūt in lōga legēda Colonie q̄ reges isti p̄mo venerunt ad pastores: q̄ pastores stelle claritatē vidētes occurrerunt ⁊ interrogauerunt q̄dnā hoc esset. Audiētes aūt q̄ puerū natū quererēt: dixerūt illis q̄liter angelꝰ eis apparuit nocte natiuitatis chri cū claritate magna dicēs. Annuncio vobis gaudium magni. qd̄ erit omni ꝓplo: q̄ natus est vobis hodie saluator ⁊c. et quō inuenerunt puerū iacentē in p̄sepio ⁊ pannis inuolutū. Quibꝫ auditis gauisi sunt reges. et sic stelle duce venerunt ad locū vbi erat puer. et totum iter suū pfecerūt in tredecim diebꝫ. Ex q̄ patet eorū diligentia ⁊ deuotio magna: q̄ in tābreui a tālōginq̄s finibꝫ venerunt. Sed vt dt Remigiꝰ Puer q̄ tūc natus est in tābreui spacio de vltimis finibꝫ terre magos ad se pducere potuit. Et sm̄ Hiero. isti reges venerūt in dromedariis q̄ sunt velocissimi cursus: et tantū vno die currunt q̄ntum equus validus in tribꝫ diebus. In p̄dicta aūt legenda habet q̄ ibi lux ꝯtinue erat vbi eq̄tabāt: nec ipsi nec iumenta esuriebāt nec comedebāt: s̄ die noctuq; eq̄tabant. Sic g̊ venerūt ad locū.

Tertiū est mysteriū spūalis reuerētie. Vbi cōtemplari habemꝰ quō magi reuerēter adorauerūt deum natum. Vbi sūt tria specialia mysteria cōtemplanda.

Primū est mysteriū deuote adoratiōis
Scdm est mysterium p̄ciose oblatiōis.
Tertiū ē mysteriū mystice significatōis

Primū est mysterium deuote adorationis.

Vbi apparet mira magorū fides: humilitas: ⁊ deuotio. Cōside-

randũ itaq; cum euangelio qm̃ ad locũ ꝑ-
uenientes/intrãtes domũ: inuenerũt pue-
rum cũ maria mr̃e eius. Chrys. sup Matt.
Non cũ matre diademate coronata: aut in
lecto aureo recũbente: sed vix tunicã habẽ
te vnã/nõ ad ornatũ corꝑis: sed ad tegu-
mentũ nuditatis qualẽ habere potuit car-
pentarij vxor ꝑegre cõstituta. Si ḡ regem
terrenũ q̃rentes venissent: magis fuissent
cõfusi q̃ gauisi q; tanti itineris laborem
sine causa suscepissent. Nunc aũt q; celestẽ
regẽ querebãt. etsi nihil regale videbãt in
eo: tñ soli⁹ stelle testimonio ꝯtenti gaude-
bãt oculi eoꝝ ꝯtemptibilẽ puerũ aspicere.
quia spũs in corde eoꝝ terribilẽ eum mon-
strabat. Vñ ꝓcidẽtes adorauerũt eũ. Vi-
dent em̃ hoiem ⁊ agnoscunt deũ. Hec ille
O q̃nta fuit in eoꝝ cordib⁹ cõsolatio qñ vi-
so puero/lumine vere fidei illũinati credi-
derũt eũ esse mundi saluatorẽ quẽ tãta sol
licitudine q̃sierũt. Procidẽtes itaq; super
terrã genua flectẽtes: ⁊ sup terrã faciẽs su
as demittẽtes: cũ magna cordis deuotõe
et oris bñdictiõe ip̃m adorauerũt: ⁊ vna-
nimiter saluatorẽ mũdi eũ esse dixerũt: de
bñficio stelle q̃ eos ꝑduxerat gr̃as agẽtes
et ip̃m verũ deũ esse credẽtes. sicut dr̃ glo.
Hinc exclamat Aug. O stupẽda infantia
cui ⁊ astra subdunt. cui⁹ est ille magnitu-
dinis ⁊ supne glie ad cui⁹ pannos ⁊ angeli
excubant ⁊ sidera obsecundãt ⁊ reges tre
pidant ⁊ sectatores sapie geniculant. Hec
Aug⁹. Imitari itaq; debem⁹ magoꝝ reue
rentiã ⁊ deuotõem corã deo nos hũiliter
prosternentes. quod fieri debet precipue
propter triplicem rationem

¶ Prio in recognitionẽ nostre vanitatis ⁊
miserie: quasi recognoscẽtes nos nihil esse
corã deo. Esa. xl. Oẽs gentes q̃si non sint
sic sunt coram deo. ⁊ q̃si nihilũ ⁊ inane re-
putati sunt ei. Exẽplum habem⁹ in Job
Job. j. qui tonso capite corruẽs in terram
adorauit ⁊ dixit. Nudus egressus sum ex
vtero matris mee: et nudus reuertar illuc.
Et aduerte ibi q; inflicta tribulatio cõpel
lit ad ꝑfectius recognoscendũ vite p̃sentis
miseriã: et ad deum adorandum.

¶ Secũdo in significatiõem humilitatis
et erubescentie. quia vicz ip̃m dñm multi-
pliciter offendim⁹. Exẽplũ in publicano q̃
nec audebat oc̃los ad celum leuare: vt ha-
betur Lu. xviij. Et in filio ꝓdigo ad patrẽ
reuertente Luc. xv. Pater peccaui in celũ
et coram te: iam nõ sum dign⁹ vocari fili⁹

¶ Tertio in ꝓtestationẽ sup- (tuus
ne maiestatis ⁊ excellẽtie. Ecci. xliij. Ter-
ribilis dñs ⁊ magn⁹ vehemẽter ⁊ mirabi
lis potẽtia illi⁹. Exẽplũ in Salomone. iij
Reg. viij. q̃ adorauit deum di. Dñe deus
israel nõ est similis tui: deus in celo desup
et sup terram deorsum ⁊c. Sequit. Facies
vnicuiq; s̃m oẽs vias suas sic videris cor
eius. Ecce excellẽtiã diuine iusticie. sequit.
q; tu solus nosti corda oim filioruz hoim:
vt timeãt te cunctis diebus. Ecce excellentiã
diuine sapie. Et postea sequit. Audiet no
men tuũ magnũ: ⁊ man⁹ tua fortis: ⁊ bra
chium tuũ extentum vbiq; Ecce excellen-
tiam diuine potentie. Et sic patet quomõ
salomõ adorãs ꝓfitebat excellẽtiã diuine
maistatis. Et postea ibidẽ habet q; vtrũ-
q; genu fixerat in terram ⁊ expãderat ma
nus in celum ⁊c.

Secundũ est mysteriũ pre

ciose oblatõis. Adorauerunt em̃ dñm nõ
solum ex ania ⁊ corꝑe: sed etiã de sua sub-
stantia tꝑali. iuxta illud Prouer. iij. Hono
ra dñm de tua substantia. Obtulerũt ḡ ei
aurum: thus: ⁊ myrrham. Remigi⁹. Sci
endũ q; isti nõ singuli singula obtulerunt:
sed singuli tria. et singuli cum suis muneri
bus regem deũ ⁊ hoiez p̃dicauerũt. Hui⁹
aũt triplicis oblatiõis assigri põt triplex rõ

¶ Prima est rõ antiq̃ traditiõis. q; vt dr̃
Remigi⁹ Traditio ãtiq̃ꝝ fuit vt null⁹ ad
regem vacu⁹ itroiret. Perse aũt ⁊ chaldei
talia munera ꝯsueuerãt offerre. Isti autẽ
vt dr̃ in historia scholastica venerunt a fi-
nibus persarum et chaldeorum.

¶ Secunda est ratio necessarie subuectõis
Quia s̃m Bern. aurꝝ obtulerũt ꝓpter in-
opie subleuationẽ. thus ꝯtra stabuli fero-
rem. myrrhã ꝓpter mẽbroꝝ pueri ꝯsolida-
tionẽ ⁊ v̄miũ expulsionẽ. Circa quã rõnez
nota quõ chr̃s ꝑ suam inopiã dedit nobis
exemplũ ꝯtẽnende mũdanitatis. In h̃ v̄o
q; i stabuli fetore nasci ⁊ nutriri voluit: de
dit exemplũ tolerande penalitatis. In hoc
v̄o q; nasci voluit in forma pueri cum cor
porali debilitate ⁊ fragilitate: dedit exem
plum sectande humilitatis.

Sermo de epiphania

Tertia est rō deuote ꝓtestatiōis. qz ſm Aug. ſer. ō epiph. Mag offerūt vt regi magno, thus imolant ſibi vt deo. myrrham ꝓbent ei tanq̄ ꝓ ſalute oīm moriturꝰ. O q̄hilari facie puer ihesus magos ſic offerētes dulciꝫ aſpiciebat. Credendū est certe qz q̄ eū tanta ſollicitudie q̄ſierant z tāto venerabant affectu: eos abſq̄ leticia abire nō ꝑmiſerit. Et virgo illa dulciſſima matꝝ humilis atq̄ māſuera poſtq̄ in his regibꝫ tantā fidē z deuotionē aſpexit multa eis verecūdo vtiq̄ ſermone de filio ſuo locuta est: euāgelizādo q̄liter angelus annūciauerat z ipa ꝟgo cōcepat z parturierat: angelis cantantibꝫ z nūciantibꝫ paſtoribꝫ eiꝰ natiuitatē: et quō ipe dñs ſic incarnatꝰ ꝟ erat vt ſaluū faceret genꝰ hūanū. Cōmendabat ex hoc magoꝝ ꝓuidentiā: diligētiā atq̄ deuotionē: q̄ ad eū videdū tāto ꝑ perauerāt: dicēs eis. Sciatis qz quē adoratz deꝰ est. cui munera obtuliſtis rex est. Ipm in brachijs ſuſcipite qz hō est. Itaq̄ filiū ſuum benigniſſime vnicuiq̄ eoꝝ amplexandū porrigebat. O virginis cōſueta hūilitas. O filij dei mira benignitas. O gra ſuperceſſiua orientaliū regū: q̄ a ꝟgine matre filiū dei incarnatū inter ſua brachia ſuſcipiūt. Conemur z nos mētē ꝓ ſponere et nec nobis ſe negabit ꝓſſimꝰ ieſus filꝰ dei. Tandē autē ipi magi admoniti in ſomnis ne redirent ad herodē ꝑ aliā viā reuerſi ſunt in regionē ſuā. Chryſ. in home. Intuere magoꝝ fidē qualiter ñ ſcādalizati ſunt in ſeipſis dicētes. Si magnꝰ est puer hic: q̄ neceſſitas fuge est z occulte receſſionis. hoc em̄ est vere fidei nō q̄rere cauſas ēoꝝ q̄ vere ꝓcipiunt: ſed ſuaderi ſolum ab eis. Chryſ. ſup Matth. Si aūt magi chīm quaſi terrenū regē queſiſſent: inuenientet eū apud ipm māſiſſent: nunc autem adorauerunt z reuerſi ſunt. Cū aūt reuerſi fuiſſent māſerūt colētes deū magis q̄ ante ꝓdicātes multos erudierūt. Et deniq̄ cū thomas iuiſſet ad ꝓuinciā illā: ſibi adiuncti ſunt: z baptizati facti ſūt executores ꝓdicatiōis ipſiꝰ. Hec Chryſ. Greg. Magnū ꝟo nob magi aliq̄d innuūt q̄ in regione ſuā ꝑ aliā viaz reuertunt. Regio q̄pe nra paradiſus: ad quā ieſu cognito redire ꝑ viam qua venim̄ ꝓhibemur. A regiōe etem̄ nra ſugbiēdo: viſibilia ſeq̄ndo: cubitū gustādo/diſceſſimus. ſed ad eā ne/ceſſe est vt ſtendo: obediēdo: viſibilia ꝓte/mnendo atq̄ appetitū carnis refrenando redeamus.

Tertiū est mysteriū mysti

ce ſigtionis: ꝑ q̄nto viz ſigtio illoꝝ mūerū ſpectat ad nram ſpūalem inſtructionē.

Primo itaq̄ dicendū est de ſignatione

Primo em̄ ſi/ (auri que triplex est

gnat regiā dignitatē. Nam ſicut ōt Gre/go. in homel. auꝝ regi ꝟgruit. Qui q̄ chriſtum timet z honorat vt regē: auꝝ ſibi offert. Hiere x. Quis non timebit te o rex

Secundo ſignat verā charitatē. (gentiū/

tatem. et hoc ꝓpter triplicē ſimilitudinem.

Prima est ſimilitudo dignificatōis. Sicē em̄ auꝝ ceteris metallis dignꝰ est z ipa ornat z dignificat: ſic charitas dignior est et excellētior ceteris ꝟturis z eas ornat et dignificat. j. Coꝝ. xiij. Maior horum est charitas. Et Amb. Charitas ē forma ꝟturū.

Secūda est ſilitudo ditationis. Sicut em̄ aꝝ hūs in arca dives est tꝝaliter: ſic hūs charitatē dives est ſpūaliter: cū habeat ipm deum. Augꝰ. Aurū habens in arca dives est: deum habens in ꝟcientia dives est.

Tertia est ſilitudo phatiōis. Nā ſicut aurum ꝑbat in igne: ſic charitas in igne tribulatiōis. Greg. Pena interroganda ſiqs in aduerſitate poſitus deum veraciter amat. Hec ille. De hoc q̄ charitaz auro dicitur Apocal. iij. Suadeo tibi emere aurum ab igne/tum vt locuples fias.

Tertio ſignat ſapie claritatē. Greg. in homel. Auro nanq̄ ſapia deſignat: Salomone attestante q̄ ait Theſaurꝰ deſiderabilis requieſcit in ore ſapientis. Hec Grego. Et hec ſignatio est ꝓpter triplicē ſimilitu/

Prima est ſimilitudo ꝓciositaz (dinem Prouer. viij. Sapientia ꝓciosior est cūctis

Secūda est ſilitudo ſpeciosita/ (opibꝰ. tis. Sap. vj. Clara ē z q̄ nūq̄ marceſcit ſapientia.

Tertia est ſilitudo delecta/ (pientia. bilitatis. Sap. viij. Nō habet amaritudinē cōuerſatio illiꝰ zc. Aurum em̄ ꝓciosum: ſpeciosum z delectabile ē ꝓ ceteris metallis: ſic ſapientia vt dictum est.

Secundo dicendū est de ſigtiōe thuris: que est triplex

Primo ſignat diuinitatis chriſti recog/

nitionem. vt patz per Gregoriū in home.
Scdo oratiōis deuotiōez. Greg. Thu re qd deo icēdit vir⁹ orōnis exp̄mit. Ps. testante q̄ ait. Dirigat oro mea sicut incē sum in cōspectu tuo. Et h̄ ꝓpter similitudi nē in tribus. Primo in odoris inclusione. Thus em̄ est odoriferꝝ: sic oro coram deo. Apoc. v. Seniores habebāt singuli phi alas aureas plenas odoramentoꝝ q̄ sunt oratiōes sanctoꝝ. Scdo in odoris emissi one. Thus nō emittit odorē nisi incēdat. sic nec oratio sine feruore deuotiōis ⁊ igne charitatꝫ. j. Coꝝ. xiiij. Si orem lingua. s. tm̄: mens mea sine fructu ē. Et nota hos ꝟsus. Mystica sunt vas thus ignis: nam vase notat Mens pia: thure p̄ces: igne su pnus amor. Tertio in odoris operatione. Thus em̄ ꝑ odorē suū fugat odores feti dos. sic oratio feruēs fugat fetores mala rū cogitationū. Hiero. Sint tācrebre ora tiōes vt oim cogitationū sagitte huiusce modi clypeo repellantur.
Tertio thus sig̃t diuie laudis oblatio nē ꝓpter triplicē silitudinē: in odore: hono re: ⁊ vigore. Sicut em̄ thus est odoriferū et ꝑ ip̄m honoram⁹ deū/ ⁊ suo vigore feto res expellit: sic sacrificiū laudis est odorife rū deo. Ps. Deo nō iocūda sit laudatio. Per ip̄m honorat de⁹. Ps. Sacrificium laudis honorificabit me. Et vigore suo fe tores tentationū euincit. Ps. Laudās in uocabo dn̄m ⁊ ab inimicꝫ meis salu⁹ ero.
Tertio dicendū est de significatōe myr rhe: que est triplex.
Primo significat mortalitatꝫ chr̄i com passionē: eoq̄ vt dt Greg. Myrrha mor tuorum corpora condiebantur.
Scdo carnis mortificationez. Grego. Myrrhā offerim⁹ si carnis vicia ꝑ abstinē tiā mortificam⁹ Per myrrhā nāq̄ agitur ne mortua caro putrescat.
em statim resurrexisset: nõ ꝑe mortu⁹ crederet. ¶ Tertia ē rõ oñsiõis ad oñdẽdu scz magnificẽtiã sue ptãtis q euidẽti⁹ ꝓ hõ oñdit q̃ si statim surrexisset. Surrexit ergo tertia die z trib⁹ diebꝫ dr̃ iacuisse in sepulcro: qõ fz Aug. accipiẽdũ ē synecdochice. Fuit em dñs in sepulcro ꝑ extremã partẽ paſcenes ꝑ quã tota dies ita ꝓterita cũ sua nocte accipit: z ꝑ totũ sabbatũ qõ integr die cõplectit z nocte: z ꝑ primã partẽ diei dñice scz per nocte sequẽte sabbatũ ꝑ quã tota dies dñica ad quã ptinet intelligitur Sũt ḡ synecdochice tres dies naturales ḡrũ quibet hz suã nocte ꝓcedẽte. Tũc enim sic di. Aug⁹. mutat⁹ est ordo naturalis: dies em ꝓcedebat nocte: qz ꝓmo creata est dies z subsecuta ē nox: scz deiceps creator tm fecit vt nox ꝓcederet die. Vñ Aug. Sic pri⁹ cõputabat dies ꝑ hois ꝑditi lapsuz a luce gre in nocte culpe: ita nũc ꝑ ꝑ hois reparatione ꝑ passionẽ z resurrectiõz chri a renebriz culpe in lucẽ gr̃e merito posteri⁹ ꝓputat. Hec ille. Dutat⁹ est igit ordo tm ꝑ mysteriũ rsurrectõis dñi te: qz em nocte a mortuis resurrexit: die vero sequẽte eiusdẽ resurrectõis effectũ discipulis oñdit. Jõ vt di. Beda. Nox illa, diei seqntis luci ꝓiũgit. Hãc aũt cõmutationẽ voluit de⁹ ꝓfigurare in legalib⁹ ceri monys vbi ꝓcepit obſuantiã sabbi z legaliũ fieri a vespa in vesperã. Si aũt aliqs q̃rat de hora resurrectõis: breuit nũc dicimus cũ alexãdro de al'. q ipsa resurrectõ fuit inter horã medie nocts z mane dñice. Et qz mediũ denoiat ab extremis: iõ dicunt: aliqui eam fuisse media nocte: alii qui vero mane. Cõiter tñ dicũt omes q distulit resurrectionẽ suã ꝑ xxxvj. horas vt in h̃ significet liberatio z victoria ꝓfecta Ille em numer⁹ ē ex senario in se ducto q ē nũerus ꝓfectus fz arithmeticũ: sz diuersimode incipiũt nũerũ illũ horaꝝ qdã ab hora q̃ crucifixus est: alii ab hora q̃ sepult⁹ est: alii aũt ab hora q̃ mortuus est. z iste videtur cẽ ꝙuenientior mod⁹

¶ Tertio ꝓpter viatorum vtilitatem que precipue triplex est.

¶ Prima est vtilitas fructuose illustrationis. s. q̃ ad fidẽ dinitatiz chri q̃ rrõnez cõfirmata ēz certificata: qz vt dr̃. ij. Coz. vl. Etsi crucifix⁹ ē i infirmitate nr̃a sz resurrexit nũc viues ex virtute dei. Et. j. Coz. xv Si chs nõ resurre. inanis ē pdi. nr̃a: inanis ē fides nr̃a. Et certe si ũ resurrexiſſz ꝓſſz fides Scõa ẽ vtilitas ꝓfuose ifirmia tõis toti⁹ vite: sic em chs mala sustinuit moriendo vt nos liberaret a malis ita glificatus est resurgendo: vt nos ꝓmoueret ad bona. Ro. iiij. Tradit⁹ ē ꝓpt delicta nostra z resurrexit ꝓpt iustificatiõem nr̃am: iuxta qõ dr̃. Rho. vj. Quõ chs resurre. a mor. ꝑ glriam ꝑris ita z nos in nouitate vite ambulem⁹. Et sic christ⁹ re. ex mor. iã nõ mori. tc. ita z vos existimate mortuos qdẽ ee pctõ: viuẽtes aũt deo. ¶ Tertia ē vtilitas gr̃iose ꝛsolatiõis: vt vicz hi q̃ dolentes chri passionẽ celebrarũt nũc etiam gaudẽtes rrõnẽ celebrẽt. Vñ his diebus freqntat ecclã illũ ysum. Hec di. quaz fe. do. er. z le. in ea. Nũc aũt primũ ꝛsolari et in dño gaudere debem⁹ dñicã resurrectõz celebrãtes z h̃ ꝑsertim ꝓpt tria. ¶ Primo ꝓpt iocunditatẽ venerande exaltatiõis nature vicz hũane in christo sic glorificate cui cõgaudere debem⁹ sicut membra capiti In h̃ em cõpleta est bonorificatio nr̃e humanitatis a deo assumpte. ¶ Scõo ꝓpter virtutẽ sperande resurrectõis: qz em videmus chm̃ q̃ ē caput nr̃m resurrexisse: speramus z nos resurrecturos. j. Coz. xv. Si chs ꝓdicat⁹ q resurrexit a mortuis: q̃ modo q̃dã dicunt in vobis q resurrectio mortuoꝝ nõ est? Et Job. xix. Scio scilicz per certitudinem fidei q redemptor meus viuit: scz chs a mortuis resurgẽs: z iõ in nouissimo die de terra surrecturus sum tc. Reposita ē hec mea spes i sinu meo. Est itaq resurrectõ chi exẽplar nostre futurectiõis future. Phil'. iij. Reformabit corpus hũilitatis nostre cõfiguratũ corpi claritatis sue. Jõ etiã Apoc. j. Chs dicit ꝓgenit⁹ mortuoꝝ Et. j. Coz. xv. dicit apls. Christ⁹ resurrexit a mortuis ꝓmicie dormiẽtiũ tc. Vbi glo. qz pri⁹ ꝛpe z dignitate. Loquẽdo em de resurrectione ꝓfecta q̃ est reparatio a morte in vitam penitus imortalem z gloriosam christus est primus resurgentiũ. Rhom. vj. Christus resurrexit ex mortuis iam nõ moritur. tc. Licet resurrectiõe ipfecta q̃dã añ ipm resurrexerint ad vitã. s. mortalẽ z h̃ ad pmõ

strandū q̄si in q̄dam resurrectiōez chr̄i: q̄s alīq̄ legunt suscitati p̄ heliā ⁊ heliseū ⁊ et p̄ ipm chr̄m. De illis aūt de q̄b⁹ loquitur Matt. xxvij. di. q̄ mlta corpa sc̄tō⁹ q̄ dor/ mierāt surrexerūt. varie loquūtur doctores. Nā Hiero. sup Matth. sentire videt q̄ surrexerit trex moriturī. In sermōe p̄o de assumptiōe v̄ginis hoc sub dubio relin q̄t. Remigi⁹ p̄o ait: Indubitanť credere debem⁹ vt q̄ resurgēte dño a mortuis surrexerūt ascēdēte illo ad celos. ⁊ ipsi p̄ter ascenderūt. Et licz sustineri posset q̄ surrexerit añ chr̄m trex moriturī: Tñ magz ꝑsonū est pietati q̄ post chr̄m surrexerint nō tā ampli⁹ morituri, Tū q̄ mos est pena pcti ⁊ illi erāt ab oi pcto vltimate pur/ gati. Tū q̄ corpib⁹ eo⁹ vnite sc̄ aie glifi/ cate: ex q̄ vnōe ꝓ Aug⁹ in epi. ad dioscō⁹. efficiunť corpa impassibiliaꝫ gloriosa. Resurrectio aūt eo⁹ ponit ab euāgelista añ resurrectiōez chr̄i p̄ q̄ndam anticipationē Propterea ipe ait: Et exeūtes de monumentis post resurrectiōez eius. s. chr̄i (vt ait de Lyra) venerūt in sanctā ciuitatez et apparuerūt mltis. Vñ et Amb. in sermone de martyrib⁹ rpe pasc. videt sentire: q̄ singulis annis redeūte annua celebritate dñice resurrectiōis alīq̄ de nouo resurgūt

Tertio gaudere debem⁹ in resurrectione dñica ꝓpter ꝓformitatē memorāde exultationis ꝓformādo vicz nos his q̄ tunc erāt chr̄i discipuli qui visa dñi resurrectō ne gauisi sunt: Joā. xx. Gauisi sunt discipī viso dño. Si aūt vis notare ordinem hist̄orie resurrectiōis q̄ntum ad ea que in euangelijs legunť factā ipa resurrectiōis die ꝑtim q̄ntum ad q̄nq̄ apparitiones quib⁹ amicos suos ꝓsolari dignatus est. Sic dicas: Maria magd. ⁊ maria iaco. ⁊ sal. emerūt aromata vt Marc. vnge. iesum Mat. vl. Et valde mane. i. añ solis ortuz: mote sunt: vna sabbator. i. die dñica: ortaꝫ iam sole. i. alīq̄ claritate apārēte ſm Augustī. venīūt ad monumentū di. Quis revoluet nobis lapidē ab ostio monumenti: Et cū appropinq̄ssent: viderūt reuolutuz lapidem: Erat q̄ppe magn⁹ valde. Sed scientes iudeoꝝ odiū timuerūt: credētes q̄ iudei eū tulissent ⁊ i loco vili posuissent. Ideo reuerse cucurrerūt nūciare suis ardentioribus amatoribus petro et ioāni dicentes: Tulerūt dūm de monumēto: et nescimus vbi posuerūt eum. Et tūc (sicut dicit Joā. xx) ioānes p̄currens citius petro ꝓvenit ad sepulcrū: ⁊ inclinās caput vidit posita linteamina: nec intrauit. Petr⁹ ꝓo postea venit ⁊ intrauit et vidit ⁊c. Deide etiā ioānes intrauit ⁊ vidit et credidit dominū ablatū. Vnd̄ discipuli isti ꝑtristati abierūt. Post̄q̄ aūt regressa est ad sepulcrum Magdalena et alie due sancte mulieres intrauerūt: ⁊ videre (vt ōt Marc⁹) iuuenē sedēn. in dex. coop. sto. can. ⁊ ob. q̄ dixit illis. Nolite expauescere: Jesum q̄rtis nazarenū crucifixum. nō est hic. s. p̄ sentiā carnis Ecce locus vbi posuerūt eum. Sed ite dicite discī. eius et pe. q̄ p̄ce. vos in gali. ⁊c. Quo audito exierūt mulieres ō sepulcro ⁊ q̄si recedere disponebant Sed amore iesu attracte itex introeūtes viderunt duos angelos stantes qui dicūt eis: Quid q̄rtis viuentem cū mortuis? Nō ē hic: surrexit. Quo audito ꝓsternate mēte abierūt. Maria tñ mag. feruētius amās stabat ad monumentū foris plorās: vt p̄z Joā. xx. vbi habeť quō sibi apparuit dns et dixit ei: Vade, et dic ad fratres meos: Ascendo ad patrē meū ⁊c. q. d. in primo ē vt videant me ascendentē. Cūq̄ disparuisset dñs: illa indicibili gaudio repleta mādatum ꝑficere ꝓperauit. Et adhuc in itinere reperit duas socias nūc lento gradi entes vestigio: nūc ꝓo sedentes p̄ cordis mestitia, Magdalena igit̄ festino gressu ꝓperans leto vultu dixit eis: Vidi dñm ⁊c. Et tūc illis tribꝰ festinātib⁹ ire hierl'm: occurrit iesus: vt hr̄ Mar. vl. di. illis. Auete Ille aūt accesserūt ⁊ tenuerūt pedes eius et ait illis: Nolite timere. Ite nūciate fratrib⁹ meis. ⁊c. Vide dñi benignitatē qui discipl'os fratres vocat, Sis ⁊ tu discipulus eius vt et frater fias ⁊ hereditatis socius. Venit ḡ magdalena cū alijs mulier⁹ annūcians discipulis: q̄ vidi dñm: et hec dixit mihi. Petro igit̄ in loco q̄dam secreto ceteris feruētius dñi resurrectiōz expectāti et orāti apparuit dominus: qđ ipse cū gaudio ceteris nunciauit. Quo audito aliq̄bus spes; alijs turbatio ō singularitate apparitōis facte petro: alijs ō̄ desiderium videndi crescebat: ſm Chr̄m. Inter viros ꝓmo apparuit petro. Tum q̄ caput

oim. Tũ ne ꝓpter negationẽ ꝛelꝑaret. Tũ ꝓpter exemplũ miscõie ad pcõzes reuer/rentes ad eũ. Dehinc apparuit duob9 eũ/tib9 in emaus: vt ptz Lu. vl. ꝛ Mar. vlti. Sero aũt apparuit discipulis ꝙgregatis (absente Thoma) et dixit eis Pax vobis Joã. xx. ꝛ Lu. vl. Sic ḡ ptz ordo ꝗnqz apparitionũ. Ex dictis igit ptz quõ necessaria erat chr̃i resurrectio ꝓpter viatoꝝ vtilitatem.

¶ Quarto ꝓpter amplio/rem brõꝝ iocunditatẽ. ¶ Primo q̃ ad angelos qui in humanitatẽ chr̃i gl̃iosam de/siderãt ꝓspicere: vt dr. j. Pe. j. ¶ Scõo q̃ ad alias q̃ mirabilr iocundant videtes in chr̃o hũanã naturã sic ineffabilr gl̃ia ad/ornatã. ¶ Tertio q̃ ad corpa. Nã mirabi/liter iocũdabunt electi oculis corporeis vi/dentes chr̃i corpus sic gl̃iose adornatum Jo. x. Siqs ꝑ me introierit saluabit̃ ꝛ in/gredietur. s. ad videndũ gl̃iam q̃ erit in ania deitati ꝙiũcta. et egredietur. s. ad ꝓtẽplandũ humanitatẽ meã gl̃iosam: et pascua inue/niet. i. delectationes immensas vtrobiqz.

¶ Quinto ꝓpter grauio/rẽ dãnatoꝝ penalitatẽ ꝛ diuine erga eos iusticie manifestiorẽ claritatẽ. Sicut em̃ oia cedũt bris in augmẽtũ gl̃ie: ita repro/bis in augmẽtũ miserie. Aggrauabit itaqz reproboꝝ dãnatio ꝓpter chr̃i resurrectiõz ¶ Primo q̃ ad demões. Nã q̃ntuz putas affligunt demões videtes humanã naturã sic in chr̃o gl̃ificatã eiqz ꝑia tradita. Unde ipe dr Mat. vl. Data ẽ mihi ois po. in ce. et in terra. i. in toto mõdo: q̃ in celo remũe/rem brõs ꝑ gl̃iam: ꝛ viatores in terra gu/bernẽ ꝑ grãm: et offensores apud inferos crucie ꝑ iusticiã. Ubi de demõib9 ꝑ eũ dr Esa. lxvj. Calcaui eos in ira mea.

¶ Scõo q̃ ad alias dãnatas q̃b9 crescit af/flictio ex resurrectiõe chr̃i dũ ꝙsiderãt q̃ ꝑ eaꝝ liberatõe chr̃s tãta passus sic gl̃iose triũphauit quẽ tñ vilit ꝓtẽpserũt. Apoca. xiij. Cruciabunt igne ꝛ sulphure in ꝙspe/ctu angeloꝝ sctoꝝ ꝛ añ ꝙspectũ agni. i. in gl̃ia suscitati. Grauis ꝓfecto est eis pena: q̃ se vidẽt sic miserabilr ꝑuatos societate chr̃i sic gl̃iose triumphantis. ¶ Tertio q̃ ad corpa: q̃ grauis ẽ eis afflictio videre corp9 chr̃i gl̃iosu corporeis oculis: quẽad/modũ videbũt cũ ad iudiciũ vẽiet. Apoc. j. Videbit eũ ois oculs ꝛ q̃ eũ pupugerũt. i. criminalr offenderũt. Hec itaqz dicta sũt dñice resurrectõis necessitate

Secũdũ est mysteriũ admiãde iocũditatis. Nã sicut chr̃i passio amara fuit: ita ꝛ resurrectio iocũda: vñ totũ eccliasticũ offm̃ nũc gaudiũ redolet ꝛ singlarit̃ leticie ꝑfert amenitatẽ ꝓpter vi/ctoriã: gl̃iam: ꝛ magnificentiã dñi resurgẽ/tis. Est aũt nobis ꝙsiderãda ꝑcipue ꝗntu/plex iocũditas circa dñi resurrectiõez.

¶ Pria est iocũditas ipsi9 dñi resurgẽtis
¶ Scõa est ecclie expectãtis.
¶ Tertia est ecclie militãtis.
¶ Quarta est ecclie triũphantis
¶ Quinta est mr̃is Dei ꝙtemplantis

¶ Prima est iocunditas ipsi9 chr̃i resurgẽtis. Nouꝝ ꝙpe fuit ꝛ spe/cialis iocũditas in aia ꝙsu dũ suũ corp9 si/bi vidit reunitũ. Ad q̃d plen9 ꝓtẽplandũ Notãdũ q̃ in ipo chr̃o resurgẽte tres fue/rũt actus mirabiles. ¶ Primus est actus gaudiose reassũptiõis: q̃ facta est reassũ/ptio ei9 q̃d fuerat sepatũ. Pro q̃ notãduz sm̃ Franc. de may. ꝛ Alex. ꝛ Tho. ꝛ Bo/nauẽ. ꝛ Rich. q̃ in chr̃i morte facte fuerũt tres sepatiões ¶ Prima fuit aie a corpe: ꝛ q̃ Matth. xxvij. Jesus clã voce magna emisit spm̃. ¶ Scõa deitatis ab hũanita/te: q̃ chr̃s nõ fuit hõ in triduo: iõ nega/it eius hũanitas: ꝛ sic nõ fuit deitati ꝙiun/cta: ꝛ ptes ei9 ab inuicẽ sepate sp remãse/rint deitati vnite. Et de hac sepatõe expo/nit ab aliqb9 clamasse: Deꝰ meꝰ: deꝰ meꝰ vt q̃d me dereliqsti: Mat. xxvij. more p/phetico: ꝑteritũ ꝓ futo accipiẽdo ¶ Ter/tia fuit sepatio sanguis a corpe q̃n vltimo effusus fuit ex vulnere laterali: de q̃ vt hr̃ Jo. xix.) exiuit ꝙtinuo sanguis et aq̃. In resurrectõe ḡ facte sunt tres oppositiões vni/ones? Prima fuit sanguis cũ corpe. q̃ aia nõ habz vnificare corpus nisi mediãte sã/guine q̃ etiã ad naturã corporis hũani ꝑti/net. Scõa fuit anie cũ corpe. et Tertia ỏ/tatis cũ humanitate resultante ex ania et corpe: quia post resurrectiõez fuit vere ho/mo sicut antea fuerat. Ubi in pson hũa/nitatis chr̃i ꝛtez assumpte loquit̃ ꝓphe/ta Dauid ad diuinitatẽ di. Exurrexi et ad/

huc sum tecũ. Utꝝ aũt totũ sanguinẽ re/ assumpserit ita ꝙ nulla guttula de illo re/ mãserit in terra? Que sunt opiniões. Pri mã est sci Tho. in. iij. q. q. liij. ar. iij. in sol. tertij arg. di. ꝙ tot⁹ sanguis q̃ de chr̃i cor/ pore fluxit cũ ad ꝟitatẽ hũane nature pti neat in chr̃i corpe resurrexit. Sanguis ãt ille q̃ in q̃busdã eccl̃es ꝑ reliquijs ꝟser/ uat nõ fluxit de chr̃o: sed miracl'ose ꝺr ef/ fluxisse ꝺ imagine q̃dã chr̃i ꝓcussa. Alia est opinio Fran. de mayro. di. ꝙ nõ est in/ cõuenies si aliq̃d de sanguine chr̃i fuso di/ cat esse in aliq̃bus eccl̃es: qr forte corꝑ in vita incorruptibili nõ indiget tãto san/ guine sicut in vita mortali in q̃ fit alicuꝯ ꝟtinua depditio ꝑ actiões caloris. Et hec opinio videt hñe maiorẽ firmitatẽ. Tũ qr nõ req̃rit nec ꝑtinet tot⁹ sanguis ad veri/ tatẽ hũane nature. Unꝝ ipe Thomas in suis q̃libetis. l. q. iij. ꝺr. Cũ chr̃s aũ pas/ sionẽ comederit ꝛ biberit: nihil phibet in eo fuisse aliquẽ sanguinẽ nutrimẽtale qui ad veritatẽ nature hũane nõ ꝑtinet ꝛ quẽ nõ oporteret in ei⁹ resurrectiõe ad corꝑ⁹ redire. Tũ etiã qr in plerisq̃ solẽnissimis locis oñditur ver⁹ chr̃i sanguis. Ut̃ in ca/ pella regis francie est de chr̃i sanguine et de spinea corona sanguie tincta. In puin cia etiã puincie apꝺ scm̃ maximinũ in cõ/ uentu fratꝝ ꝓdicatoꝝ in festo Marie ma gdalene oñdit ampulla cũ sanguine chr̃i. Racaneti etiã in ꝟuentu fratꝝ eremitaꝝ est spina cũ sanguine. In ciuitate etiã mã tue in abbatia sci Bñdicti in eccl̃ia sancti Andree est de sanguinẽ chr̃i quẽ asporta uit Longin⁹ cui⁹ corꝑ⁹ reꝺesit ibidẽ. In alemania ꝟo in ciuitate nureberge est fer rũ cum q̃ Longin⁹ lanceauit lat⁹ chr̃i san guine respersuz. Et sic inuisibilis ꝓtib⁹ chr̃i anꝺuꝝ ver⁹ oñditur sanguis chr̃i. Utꝝ ꝟo talis sanguis tãta sit veneratiõe dignus q̃nta sanguis in eucharistia? Apꝺ plerosq̃ dubiũ est: qm̃ si vnit⁹ est diuinitati: essz adorãꝺ ad oratiõe latrie. Si ꝟo nõ: tũc honor latrie nõ debet ei sicut sanguini in eucharistia. Quid aũt tenendũ sit: an. s. a sanguine fuso sit separata diuitas: vel ei vni ta nõ est determinatũ cũ altera opinionũ sustineri possit. Ut ptz ꝑ ꝟstitutionẽ no/ uã. factã a summo pontifice Pio scꝺo q̃ ꝑ/ disputata materia ista in sui ꝑsentia ꝓ do/ ctissimos viros statuit ꝙ null⁹ de cetero sub pena excõicatiõis auderet ꝺanare q̃n/ cũq̃ opinionẽ ꝓdictã cũ ytraq̃ possit sus/ tineri absq̃ erroze. Scꝺz aũt Francis. de mayro. Lz ania chr̃i ꝛ caro nunq̃ fuerit a diuitate separate: sanguis tñ separ⁹ a corꝑ/ pore ex ꝟsequnti erat separatus a diuinitate: cui⁹ signũ est qr lz dicam⁹ ꝙ fili⁹ dei fuit sepult⁹: ꝛ fili⁹ dei descẽdit ad inferos: non tñ dicim⁹: fili⁹ dei fuit effusus sup terram Ista aũt idiomatũ cõicatio est nota talis vnionis ꝛm Aug⁹. j. de trini. Scõs est actus gl'ose trãsmutatiõis. Corꝑ⁹ enim chr̃i in resurrectiõe ꝟsi nõ fuerit mutatus ꝛm substãtiã: qr eiusꝺẽ nature resurrexit: fuit tñ mutatũ ꝛm q̃litatem. Erat em̃ ꝛm Gꝛeg. in omel'. eiusꝺẽ nature. sed alterius gl'ie: de hoc magis dicek in tertio myste/ rio. Tertius est actus miracl'ose pene/ tratiõis siue egressionis: qr exiuit chr̃s de sepulcro clauso: sigillato et custodito: Sz nonlli circa hoc dubitãt ꝓpter ꝟbũ Mar. di. Angel⁹ aũt dñi ꝺescẽdit de celo ꝛ acce dens reuoluit lapidẽ. Ad qõ rndet Beꝺ. di. Accedẽs reuoluit lapidẽ nõ vt egressu ro dño ianuã pandat: sed vt egressus eius iam facti hoib⁹ ꝑstet indiciũ. q̃ em̃ mortа lis clauso virginis vtero potuit nascendo mundũ ingredi: ipe fact⁹ imortalis clau/ so sepulcro potuit resurgẽdo exire de se/ pulcro. Hec ille. Cõsiderem⁹ itaq̃ ãnta leticia fuit chr̃i mens ꝑfusa cũ de sepulcro exiens q̃ ꝑus passibilis fuerat ꝛ mortalis se gl'iosum ꝛ ipassibilẽ ꝟspexit: vt puto q̃ ꝑmuz eleuatis in celum oculis gr̃as retu/ lit patri q̃ eum tã de morte sic gl'iose feceꝛ rat triũphare.

Scꝺa est iocũditas ec/ clesie expectãtis. s. eoꝝ qui chr̃i expectaue rãt aꝺuentũ in limbo detenti q̃s chr̃s re/ surgẽs eduxit ꝛ inde liberauit: q̃ mira p/ fecto et indicibili leticia ꝑfusi sunt cum sic liberati chr̃m reassumpsisse corꝑ⁹ suũ glo rioſum ꝛ humanã in eo naturaz ita gl'iose sublimatã ꝟspexerũt. j. Pe. iij. In reuela tione gl'ie eius gaudeatis exultates.

Tertia est iocũditas ec

cleſie militãtis. Jn reſurrectiõe em̃ domi ꝯplurimũ lerate ſunt ſancte mulieres ac etiã diſcipuli ꝺbus apparuit dñs. Joã. xx. Gauiſi ſũt diſcipuli viſo dño. Lerat⁹ eſt etiã ſpẽaliter ioſeph ab arimathia. Legit nãq; i euãgelio nicodemi q̃ iudei idigna/ti ꝓ ipm eo q̃ chr̃m ſepelierat: in quodã ce naculo diligent clauſo sigillato eũ reclu/ſerũt: volẽtes poſt feſtũ eũ occidere. Et ec ce chr̃s in ipſa nocte reſurrectõis ad eos intrauit: t oſculũ ei dedit: t inde ſaluis ſi/gillis eũ educẽs: in domũ ſuam in arima thia ipſum adduxit

¶ Quarta ẽ iocũditas ec/cleſie triũphantis. ſ. angelor. ꝺb⁹ accreuit gaudiũ accidentale, p gl'a chr̃i reſurgẽtis: p liberatione patrũ de lumbo: t p letitia to/tius eccl'e militãtis. Vnde apparuit muli eribꝫ angelus ſtola candida coopert⁹ in ſi gnũ feſtiue letitie. Greg. in omel. Candor etem̃ veſtis/ſplendor ẽ nr̃e denũciat⁹ ſolen/nitat⁊: nr̃e dicam⁹ aut ſue: ſ⁊ vt ver⁹ fate/amur/t ſue dicam⁹ et nr̃e. Jlla quippe re demptoris nr̃i reſurrectio nr̃a feſtiuitas fuit. quia nos ad imortalitatem reduxit. t angelor. feſtiuitas extitit: q̃ nos reuocã/do ad celeſtia/eor. numerũ impleuit Hec ille. Angelus etiã ille vt iam de chr̃i reſur rectione ꝯtulabũdus/ꝓſolabat mulieres luitans eas ad gaudiũ. ꝺ. Nolite expaue/ſcere. zc. Greg. in omel. acſi apte dicat Pa ueant illi qui nõ amant aduentũ ſupnorũ ciuiũ. ptimeſcãt illi q̃ carnalibꝫ deſideriꝭ p reſſi ad eor. ſocietatẽ ꝑtigere ſe poſſe de/ſperãt. vos aũt cur ptimeſcitis q̃ vios cõ/ciues videtis? Hec ille

¶ Quinta eſt iocunditas matris dei ꝓemplantis. Profecto ſup ce teros p chr̃o reſuſcitato letificatũ ẽ cor vir ginis matris ꝓemplantis t videntis eum ſic glorioſe triumphantez. Sibi nanq; vt pie credit prius q̃ ceteris bñdictus eius filius apparuit: quanq; euãgeliſte de hac nõ faciãt mentionẽ. Euangeliſtar. em̃ officiũ fuit reſurrectionis teſtes inducere. matrẽ aũt ad teſtificandũ p filio inducere nõ de/cuit. Si em̃ verba aliar. feminarũ delira/menta viſa ſunt: quõ non magis matrez p filij amore diceret delirare? Nõ ſcripſerũt ergo euangeliſte q̃ chr̃s apparuerit ꝑgini matri: ſed illud pro conſtanti reliquerunt. Hoc aũt ꝓfirmare poſſumus tripliciꝫ via

¶ Prima eſt via certificatiue teſtificatio nis. Teſtificat em̃ hoc Ambroſ. li. de vir/gi. ꝺ. Vidit maria reſurrectionẽ dñi et ꝓ/ma vidit t credidit. vidit maria magdale ne q̃ius iſta adhuc nutaret. ¶ Scõa ẽ via approbatiue celebratõnis. Ad inſinnandũ nanq; q̃ chr̃s reſurgens ex mortuis pmo apparuit virgini matri: ſancta romana ec cleſia ipſa reſurrectionis die ſtationẽ cele brat apud ſanctã mariã maiorem. vbi t̃pe magni gregorij dũ ipſe in die paſche miſ/ſam celebraret/t Pax dñi. zc. pnunciaret: angelus dñi alta voce rñdit: Et cuz ſpũ t. Ob qõ cũ ipſa dis papa ibidem celebrati hui⁹ miraculi memoriam cũ dicit Pax do mini zc. nihil ſibi rñdet. ¶ Tertia eſt via declaratiue ratiõis. Rationabile enim fuit vt filius de reſurrectione ſua prius mrem letificaret/quã amplius ceteris de paſſio ne cõſtat doluiſſe. Contemplari q̃ deuote poſſum⁹ q̃ ſanctiſſima illa virgo ipa reſur rectionis nocte contemplationi t orationi intenta filiũ ſuũ quẽ ſepulcro clauſum reli querat/videre ardentiſſime cupiebat. ne q̃ em̃ ignara erat illuz a mortuis die ter tia reſurrecturũ. Ob qõ vel corde vel ore di/cere poterat O pater eterne: ecce t̃pus in ſtat vt filiũ tuũ t meuz a mortuis reuoces Suſcita ergo illũz mitte ad me tãto me/rore p paſſione ſua ꝓtritam. O fili nr̃e dul ciſſime. O fili amantiſſime quem vidi pla/gis replerũ: ſpinis coronatuz: crudeli mor te. extinctũ: t in ſepulcro repoſitũ/ cũ vide bo te ex mortuis triũphaſſe. Dixiſti fili t totiens dixiſti: die tertia reſurgam: et ecce iam dies tertia imminet Surge dilect⁹ et ve ni vt videam te. Dum igit hec et iſta vir/go glorioſa rogaret: ecce cuz ingenti lumi ne/decora facie aſpectuq; affabili apparu it ei dñs filius ſuus: Salue (inquiens) mr̃ t de cetero miſcõie regina. Ceſſent amo/do doloroſa ſuſpiria: amara lamenta: t co pioſe lachryme. Ecce ego ipſe ſuz qui i v/tero tuo ſteti: quem peperiſti: quẽ pauiſt⁹ lacte virgineo: quem tantopere dileriſti quem denicz mortuũ defleuiſti tranſfixa doloris gladio. Ego ſũ Jeſus filius tuus

Sermo De resurrectiõe dñi.

loris gladio. Ego sum iesus filiꝰ tuꝰ q̄ infernũ spoliaui: inde p̃es eduxi: z eternitatis aditũ deuicta morte reseraui. Gaude mr̃ veneranda: qz data ẽ mihi ois potestas in celo z in terra: z in noie meo flectet oꝰ genu. Tu ꝓ post me in regno celoꝝ sup oes exaltaberis. Nõ posset profecto mes nr̃a inuestigare cẽ benigna fuerit illa visitatio: cẽ blãda z amicabilia verba mr̃is z filij: cẽ grosi z iocũdi vtriusq; in alterũ aspectꝰ. Post q̄ oia discessit filius a mr̃e in leticia z desideriꝭ simul remanẽte Letemur ḡ z nos cũ illa desiderantes videre filiũ suũ glosum sedentẽ ad dexteraz patris.

Tertiũ est mysteriũ approbãdẽ ꝓtat: qz sic̃ dr̃ Lu. xxiiij. Surrexit dñs vere. Habuit aũt ꝓtas dñice resurrectiõis testimoniũ ab angelis q̄ eã mulieribus nũciauerũt. Nã sic̃ dr̃ Dionysiꝰ. li. ce. hierar. Hec ẽ lex diuinitꝰ ꝓstituta vt q̄ sũt ex speciali gr̃a deo imediate superioribꝰ reuelent q̄bꝰ mediantibꝰ deferant ad inferiores. Ꝯ christi resurrectio ꝓmo angelis manifestata est z p̄ angelos hoibus nõ omnibꝰ sed testibꝰ ꝓordinatis ꝺo. Vt dicit Act. iij. Quoꝝ testimonio deferret ad alioꝝ noticiã. Habuit itaq; testimoniũ ꝓmo vt dictũ ẽ ab angelis: z a specialibus amicis chr̃i: mulieribus scz deuotis z discipulis. Itẽ habuit testimonium ab inimicis: scz iudeis z militibꝰ custodiẽtibꝰ sepulcrũ q̄ dicebãt coꝛpꝰ nõ ee in sepulcro. Nã sicut dr̃ Matth. vi. Cũ mulieres abiissent: ecce q̄dã de custodibꝰ venerũt in ciuitatẽ z nũciauerũ ꝓncipibꝰ sacerdotũ oia que facta fuerant. ꝛc. Chrys. Verꝛas a ꝛrarijs diuulgata magꝝ refulget. Sed sicut dr̃ Hiero. Principes q̄ debuerãt ꝓuerti ad pniam z iesum q̄rere resurgentẽ: perseuerãt in malicia. Vñ seq̃ Cõsilio accepto pecuniã copiosam dederũt militibus dicẽtes. Dicite q̄ discipuli eiꝰ noc. ve. z fura. sũt eũ vobis dormientibus. ꝛc. Chrys. Qualiter furarenꝫ pauperes z idiote z neq; apparere audentes Si em̃ adhuc chr̃m viuũ vidẽtes fugerẽt quõ mortuo eo nõ timuissent tot militũ multitudinẽ. ꝓpẽ q̄d aũt nõ furati sũt ꝓma nocte quãdo nulꝰ sepulcro affuit. Sabbato em̃ petierũt a pilato custodiã. Quare nõ ꝓuasibilia sũt q̄ de furto dicta sũt. Vñ p̄ que resurrectionẽ obumbrare conantur: p̄ hec eam faciũt clarere. Dicentes em̃ q̄ discipuli furati sũt cõfitentur nõ cẽ coꝛpus in sepulcro. Furtũ aũt ostendit esse mendax custodia militũ z discipulorꝝ pauoꝝ. Hec ille. Ꝯ cãtat ecca. Dicãt nũc iudei quõ milites. ꝛc. Itẽ dedit ipe dñs testimoniũ ꝓtatꝫ sue resurrectiõis p̄ multa signa siue argumẽta. Act. j. Prebuit se ipm̃ viuũ in multis argumẽtis post passionẽ suã. Vbi accipit argumẽrũ p̄ signo sensibili: z euidẽti q̄ inducit ad alicuiꝰ veritatis manifestationẽ declarata. Est ãn tuplex ꝓtas circa resurrectionẽ iesu chr̃i

Prima ẽ ꝓtas coꝛpalis ꝛditõis.
Scda est vitalis operatiõis.
Tertia est triũphalis gl̃ificatiõis.
Quarta est diuinalis vnionis.
Quinta ẽ victoriale signatiõis.

Prima est veritas coꝛporal ꝛditõis. Declarauit ei se resurrexisse ī vero coꝛpe solido ñ phãtastico vl̃ raro siue aerio: qz coꝛpꝰ suũ palpabile ꝓbuit Vñ dr̃ Lu. vl. Palpate z videte: qz spũs carnẽ z ossa nõ hz sic̃ me videtis hr̃e. Itẽ ondit se resurrexisse in coꝛpe hũano ondẽdo eis verã effigiẽ quã oculis intuerenꝫ. Itẽ in eodẽ coꝛpoꝛe nũero: q̄d ꝓbauerat Lu. vl. Videte manus meas z pedes meos: qz ego ipe sũ. Nec em̃ eet ꝓa resurrectio: nisi idẽ nũero coꝛpꝰ iterato eidem aie vniretur. Etsi instet: qz veri coꝛporis solidi est determinata figura: sed coꝛpus chr̃isti apparuit discipulis in alia effigie: vt dr̃ Mar. vl. ergo. ꝛc. Dicendũ sm̃ Th̃ q̄ in potestate eiꝰ erat: vt ex eius aspectu formaretur in oculis intuentiũ forma q̄liter cũq; differẽs sufficiẽs ad hoc q̄d videretur apparere in alia effigie absq; tñ mutatiõe sui. Hoc Tho. in. iij. par. q. liij. Circa q̄d notãdũ ꝛz eũdẽ Tho. vbi s. q. lv. q̄ resurrectio chr̃i manifestãda fuit hoibus p̄ modũ q̄ eis diuina reuelantur. Innotescunt aũt diuersimode diuina hoibꝰ scdm̃ q̄ diuersimode sẽ affecti. Nã illi q̄ habẽt mentẽ bñ dispositã secũdũ veritatẽ diuina ꝓcipiunt. Illi aũt q̄ non habent mentem bene dispositam diuina nõ percipiũt nisi cum quadã cõfusione dubietatis vel

erroris. j. Cor. ij. Aialis hō non pcipit ea que sūt spūs dei. Et iō chr̄s q̄busdam ad credendū dispositis post resurrectionez in sua effigie apparuit. His autē in alia effigie qui circa fidē videbant tepescere. Unde ipsi dicebant. Nos aūt sperabam⁹: q̄a ipse esset redempturus isrl': q̄si iā euanuisset spes eor. Unde Greg. in omel'. Talem se eis exhibuit in corpe/ q̄lis apd̄ illos erat in mēte. Nō est tn̄ intelligendū q̄ christus se transformauerit in alienā effigiem: q̄uis hoc posset: sz vt dic̄ Lucas: oculi eorum tenebant ne eū agnoscerent.

¶ Scda est veritas vitalis opationis. Manifestauit eniz se resurrexisse in corpe viuo: declarādo in se veritatez vite p opa triplicis vite. Primo per opus vite nutritiue. q̄a cū discipulis manducauit z bibit. vt dr̄ Lu. vltz. Etsi diceretur: Angeli in assumptis corpibus comederūt z biberūt vt pz Gen. xviij. Et in lib. Tob. z tn̄ ex hoc nō ꝯcludit q̄ habeāt corpora viua. g̃ nec p hoc p̄t cōcludi de chr̄o. Dōm q̄ alia est ratō de angelis et alia de chr̄o. Nā angeli apparētes nō asserebāt se esse hoies sic̄ asseruit chr̄us. Itē q̄r corpa ab angelis sūpta nō erāt viua vel aīata: iō non erat in eis vera comestio: lz esset vera cibi contritio z traiectio in interiorē partē corpis assumpti. Unde āgel⁹ dic̄ Tobie. x. Cū essem vobiscū: videbar q̄dem manducare z bibere vobiscū: sz ego cibo inuisibili vtor. Sed q̄r corp⁹ chr̄i vere fuit aīatū: vera fuit ei⁹ comestio. q̄r vt dic̄ Aug. Non ptās sz egestas edendi auferr̄ corpibus resurgētiū ¶ Scdo q̄r opus vite sensitiue in h̄ q̄ discipul' ad itrogata rn̄debat: z pn̄tes salutabat: in q̄ oñdebat se z videre z audire ¶ Tertio p op⁹ vite intellectiue: in h̄ q̄ cū eis loq̄bat: z de scripturis disserebat.

¶ Tertia est veritas triūphalis glificationis. q̄r oñdit se ꝑ̄e resurrexisse in corpe glificato. Dispensatiue ei factū fuerat vt ante mortē suam glia ab aīa nō redūdaret in corp⁹ ad h̄ vt redēptiōis mysteriū impleret. et iō pacto hoc mysterio aīa chr̄i q̄ ab instanti creationis erat gloriosissima: stati in corp⁹ in resurrectōe resumptū glaz suā diriuauit: z accepit corpus illud pfectiones corpis gl'iosi in q̄daz supexcellētia: scz subtilitatē/ agilitatē/ claritatē/ z impassibilitatē. Hmōi aūt gl'am corpis oñdebat p hoc q̄ subito ab ocul' discipulor euanescebat. Licz em̄ h̄ possz etiam p ꝑ̄tutē diuitatz/ tn̄ hec ē ꝯditio corporis gl'iosi vt sit spūale. i. subiectum spūi. vt dic̄ apl's. j. Cor. xv. ita q̄ oīs actio corpis subdat volūtati spūs. Ideo q̄cūq̄z hz corpus gl'ificatū/ hz in sua ptāte videri q̄ndo vult: z q̄n nō vult/ nō videri. Dicit g̃ chr̄s subito euanuisse ab ocul' discipulor: vl' q̄a desijt velle ab eis videri/ etiā eo pn̄te. vel q̄r subito abscedebat p dotem agilitatis. Sz q̄re non continue conuersabat cū discipulis post resurrectōz sicut añ passionē Rn̄sio. Sicut dic̄ Tho. in. iij. p. q. lv. Circa resurrectiōz duo erāt declarāda. s. ipsa veritas resurrectiōis: et gloria resurgētis Ad veritatē aūt resurrectōis manifestandā sufficit q̄ pluries eis apparuit: z cū eis familiarit' locutus ē: z comedit z bibit: z se eis palpandū p̄buit. Ad gl'am aūt resurrectionis manifestādā oportuit q̄ nō continue ꝯuersaret cuz eis sicut ante fecerat ne videret ad talē vitaz resurrexisse qualem prius habuerat. Consolationē aūt de continua sua pn̄tia eis in alia vita repromisit s̄m illud Jo. xvj. Iterꝝ aūt videbo vos z gaudebit cor vestrū. z gaudiuz vestrū nēo tollet a vobis. In q̄bus aūt locis illo int'medio tpe esset: incognitū est: cū hoc scriptura nō tradat. et in omni loco sit dn̄atio ei⁹. Hec ex Tho. Potest āt verisiliter dici q̄r illo tpe erat cū aīabus patrū sanctor in paradiso voluptatis

¶ Quarta est veritas diuinalis vnionis. Ostendit em̄ se vere surrexisse in corpe vnito diuinitati z hoc per occultor manifestationē: sicut ptz cū discipulis dicit Joā. v. Mittite in dexterā nauigij rete et inuenietz. Miserūt g̃ z iā non valebāt trahere p̄ mltitudine pisciū z c̄. Hoc etiā ptz cū se oñdit cognoscere cogitatiōes cordiū: di. Luc. vl. Quid turbati estis z cogitatiōes ascēdūt in corda vr̄a: Sol⁹ em̄ de⁹ nouit cogitatōes cordis. iij Reg. viij. Tu sol⁹ nosti cor filior hoim.

¶ Quinta est veritas vi-

ctorialis signatiõis: qz vicz oñdit se vere resurrexisse in corpe signato cicatricib vulnez. Jõ dixit discipulis suis Luc.vl. Vlq dcte man⁹ meas z pe.me.zc. Et Joã.xx. dixit thome: Jnfer digitũ tuũ huc z vide man⁹ meas: z affer manũ tuã z mitte in lat⁹ meũ. Fuit aũt ꝙuenies chm sic fuare cicatrices vlnez ꝓpt tres pcipuas rões

¶Prima ẽ rõ illũinatiue instructiõis.

¶Scõa est rõ impetratiue, intercessiõis

¶Tertia est rõ declaratiue ostensiõis

¶Prima est rõ illũinatiue instructiõis: vt vicz p hoc instruamur de aliqb ad nram salutẽ necessarijs. Hmõi aũt instructio ẽ triplex. ¶Prima est instructio certificationis de fitate vicz resurrectiõis vt certificaret euidẽt se resurrexisse in illo eodẽ corpe in q̃ passus ẽ. Jõ di.Lu.vl. Vlidete man⁹ m.z pe.m. qz egoipe sum. ¶Scõa est instructio remẽoratois: vt vicz p h instruamur illa diuĩa vulnera ꝙtinue gestare p memoriã in cordeꝫ p vite austeritatẽ in corpe Gal.vj. Ego stigmata dñi Iesu in corpe meo porto. Jõ etiã nos hortat paulus Phil.ij. Hoc sentite in vobis qđ z in chzo Iesu. Vt em chzi p nobis passi sp remẽmorem: chzs cicatrices vulnez q̃ p nobis passus est seruare voluit vt nos instruat ad recognoscẽdũ q̃ pri nũq̃ obliuiscit p qb⁹ sic crudelit plagat⁹ fuit: nã tanq̃ signũ remẽoratiuũ easde plagas seruauit vt eas intuẽdo nostri recordarer. Esa.lj. Ego tui nõ obliuiscar: ecce in mãib⁹ meis descripsi te.i. in manib⁹ meis est descriptõ tua q̃ descptio sunt plage crucifixi. ¶Tertia est instructio reuocatiõis: vt.s. nos instruat ad eũ redire nos reuocãdo p cicatrices vulnez: qsi dicẽs illõ Esa.xliij. Reuertere ad me qm redemi te. Cõsideratõ q̃ppe vulnez in corpe chzi reducit nos in memoriã sanguis illi⁹ sacratissimi p nob effusi q̃ nos ad deũ reuocat miam nob p̃mittẽdo. Heb.xij. Accessistz ad sanguinẽ melq⁹ loq̃ntẽ cꝫ abel: videte ne recusetz loq̃ntem. ¶Scõa ẽ rõ impetratiue intercessionis: vt vicz pri supplicãs pro nobis ẽ gen⁹ mortz p hoie ꝓtulerit sp oñdat. Vñ notandũ q̃ chzus triplr p nobis orat ad pzem. ¶Pzio sue hũanitatz oñsiõe; Nã in illa hũanitate mediator ẽ deiz hoim. Vñ ot Hie. Ehm p hũana natura rogare: ẽ apud pzem sepm hoiem demõstrare: eã dẽqz naturã in diuinitatz sue celsitudinez suscepisse. ¶Scõo charitatiua affectiõe q̃ nram salutẽ desiderat. Heb.vij. Accedẽs p semetipm ad deũ ad interpellãdũ p nob Et Ro.viij. Qui est ad dexterã dei: ipe interpellat p nobis: Sic aũt interpellare sibi ꝙuenit nõ inq̃ntum dei est: qz sic est pri eql⁹: sed inq̃ntũ est hõ dũ vicz affectu humanitatis nram salutẽ desiderat z postulat. Nõ tñ rogat ecclia chm vt oret p nobis ꝓpter reuerentiã psone sue: sed rogamus eũ vt oipotentẽ: sicut nõ ꝙsueuimus appellare sacerdotẽ diaconũ: lz sit ꝓpter reuerentiã sacerdotij qđ est sublimi⁹ diaconio. ¶Tertio p nobis intercedit chzs passionis sue rememoratione: vicz p cicatricũ demõstratiõz. Cicatricũ em reputatio est q̃dam p nobis apud patrẽ aduocatio. Sicut etiã miles tacẽs ab imperatore impetrauit qñ vulnera q̃ p ei⁹ amore z honore ptulit demõstrat. Legit in hystoria scholastica. q̃ Antipat idume⁹ magni herodis pater in q̃dã plio in seruitio imperatoris mltis vulneribꝫ ꝙfossus est: q̃ tandẽ ab emulis accusat⁹ relectis vestib⁹ ot: O imperator Nolo me vbis excusare apd te: lz hec vulnera q̃ p te suscepi loq̃ntur p me: si ego diligo te. Tũc cesar ipm in gram suscepit. Sic et chzs vulnera pri oñdit: vt insinuet q̃ntũ do pri obediuit: z q̃ntũ nos dilexit j. Jo.ij. Si q̃s peccauerit aduocatũ hẽmus apud patrẽ iesum chm iustũ: et ipe est p̃piciatio p pctis nris. Bern. O hõ securũ accessum habes apud deũ: habes matrez añ filiũ: et filiũ añ patrẽ. Mater oñdit filio pect⁹ z vbera: filius oñdit pri latus et vulnera: q̃nam ibi poterit esse repulsa vbi tot ꝙcurrũt charitatz insignia. Hec Ber. ¶Tertia est rõ declaratiue oñsiõis: vt vz iugiter declaret siue oñdat aliq̃ q̃ ꝙcernũt bono ꝓ remuneratiõez: et malo ꝓ punitõz. Hmõi aũt declaratio est triplex

¶Prima est declaratio obtẽte victorie: z hoc respectu demonũ. Beda sup Lu. Nõ ex imporẽtia curãdi cicatrices seruauit: sz vt ꝑpetuũ victorie sue circũferat triũphũ Vnde z Aug. dicit. xxij. de ciui. dei q̃ sozi tassis in illo regno in corpib⁹ martez. videbimus cicatrices vulnez q̃ p chzi nomine ptulerũt: nõ em defozmitas in eis: sed di

gnitas est: ⁊ quedā q̄uis in corpe nō corporis sz virtutꝫ pulcritudo fulgebit. Hec ille. Fulgebūt itaq̄ cicatrices in corpibus martyꝝ sicut stella in celo. sicut lapis p̄ciosus in anulo: sicut flos in stipite: ⁊ sicut p̄ciosus color in rosa. Vñ in corpe chr̄i cicatrices nullo mō ꝑtinent ad corruptiōez vel q̄lēcunq̄ defectū: sed ad maiorē cumulum glie: inq̄ntum sunt q̄dam ꝟtutis insignia. In illis eniz locis vulneꝝ est q̄dam specialis decor. Vñ dicit Chrys. ꝙ cicatrices ille sūt sup radios solis lucidiores. Sicut aūt dt Tho. in. iij. par. q. liiij. Lz illa aptura vulneꝝ sit cū quadā solutiōe cōtinētis: totū tñ hoc recōpensat̄ ꝑ maiorē decorē glorie. ¶ Scda est declaratio collate miscdie: ⁊ hoc respectu btōꝝ: vt vicz sp videāt q̄ misericordit̄ sunt redēpti et saluati. Vnde de hoc in ꝑpetuū deū laudabūt: et hoc multū cedet eis ad maiorē gliam. Beda. Magnū erit gaudiū sanctꝫ videre cicatrices vulneꝝ in chr̄i carne fulgida: ꝑ q̄ victor triūphauit ⁊ de morte saluauit electos. Nā ibi est fortitudo martyrū ⁊ salꝰ eīm nostꝝ. Hec ille. ¶ Tertia ē declaratio equissime iusticie: et hoc respectu reproboꝝ: vt vicz in iudicio euidēter ⁊ palam ostēdat q̄ iuste impij dānētur qui chr̄m ꝯtēpserūt: quē tñ tūc videbūt manifeste tāgrauia vulnera ꝑ eis ꝑtulisse: Vñ sicut dicit Augꝰ. lib. de symbolo. Sciebat chr̄s q̄re cicatrices in suo corpe seruaret. Sicut eīm demōstrauit thome nō credēti nisi tāgeret et videret: ita ⁊ inimicis vulnera demonstratur⁹ est sua vt ꝯuincēs eos veritas dicat: Ecce hoīem quē crucifixistis: videtis vulnera que infixistis: agnoscitis latus qd̄ pupugistis: qm̄ ꝑ vos ⁊ ꝑpter vos apertū est nec tñ intrare voluistis. Hec ille. Ptz itaq̄ ex supradictꝫ qm̄ surrexit domin⁹ ꝯueniēter: gaudenter atz veraciter, Studeam⁹ itaq̄ nūc sibi ꝯformari per ardentē charitatez vt tandē sue gloriose resurrectiōis ꝑticipes efficiamur ⁊ ꝑueniamus feliciter ad ꝯtemplandam sue diuinitatis claritatem cum eo in ꝑpetuū regnaturi. Amen.

¶ De futura resurrectiōe generali. Sermo.

Omnes quidem resurgem⁹. j. Coꝝ. xv Supra diximus christi resurrectionē esse exemplar nostre future resurrectiōis vt sic mēbra ꝯformēt̄ur capiti Quia sicut dicit Paulus. Phil. iij. Reformabit corpus humilitatis nostre ꝯfigurātū corpi claritatis sue. Ideo postq̄ de domini resurrectiōe diximꝰ: ꝯueniens de futura generali corpoꝝ resurrectiōe sermonē facere. Circa quā resurrectiōz tres habebimus ꝯsideratiōes p̄ncipales.

¶ Prima est ꝯsideratio theologalis approbationis.

¶ Scda est ꝯsideratio generalis dispositionis.

¶ Tertia est ꝯsideratio specialis distinctionis.

Prima igitur est ꝯsideratio theologalis approbatiōis. Vbi sunt cōsiderande approbatōes huius infallibilis veritatꝫ theologice. Omnes resurgem⁹: que veritas lz sit ex fide certissima cum sit nostre fidei articulus: tñ ꝑ cōsolidatiōe fidei potest approbari tribꝫ vijs

¶ Primo auctoritatibꝫ.

¶ Scdo rationibꝫ.

¶ Tertio exemplis ⁊ similitudinibꝫ

¶ Primo approbat̄ auctoritatibꝫ. Esa. xxvj Venient mortui tui et interfecti tui resurgent. Et post sequit̄ Vos qui in puluere estis expergiscimini et laudate: quia ⁊c. Et Ezechiel. xxxviij. Hec dicit domin⁹ deus: Ecce ego aperiā tumulos vestros et educam vos de sepulcris vestris popule meus. Et Job. xix. Scio ꝙ redemptor meus viuit ⁊ in nouissimo die de terra surrecturus suz ⁊c. Propter que verba Hrieronym⁹ dicit de iob ad paulinū. Vt de ceteris sileam resurrectionē corpoꝝ sic ꝓpheta vt null⁹ de ea vl̄ manifestius vel clarius scripserit. Itez. ij. Mach. vij. Oēs illi septē fratres cū mr̄e gratāter martyriū suscipiebāt ꝓpter obseruationē legis ⁊ spem resurrectiōis: q̄ꝝ vn⁹ offerēs mēbra ait: E celo ista possido sz ꝓpt̄ di leges hecip̄a dspicio: qm̄ ab ip̄o me ea r̄ceptuꝝ spero. Et alt̄ dt Rex mdi ꝑ suis legibꝫ dfūctos ī et̄nevite r̄surrectōe

Sermo De futura resurrectiõe

suscitabit. Jtẽ resurrectionẽ futurã ꝓbauit dñs saducees. Mat. xxij. t Lu. xx. Jtẽ apls. j. Thess. iiij. Nolumꝰ vos ignorare de dormientibꝫ vt nõ ꝯtristemini sic t ceteri q̃ spẽ nõ hñt. tc. Jtẽ legit in hist. romanoꝝ cũ tpe Theodosij imperatoris q̃ dam ꝓbi t mlti viri ecclesiastici dogmatizarẽt corpoꝝ resurrectionẽ nõ esse futurã: alij aut̃ fidei assentirent. Cũ in his esset imperator antius t dubiꝰ q̃d esset tenẽdũ. Cũ terra effodiret apud ꝯstantinopolim ꝓ fũdamẽto quodã iacẽdo aptũ e sepulcꝝ cuiusdam philosophi antiq̃ssimi t famatissimi q̃ fecerat scribi t sculpi secũ in sepulcro suo articulos fidei nr̃e q̃ scz dei filiũ crederet ꝯcipiẽdũ de virgine ꝓnascituruꝫ tẽ. ꝓ quẽ etiã sperabat se resurrecturũ in iudicio futuro. Jn cuius indicio ossa sua tpe theodosij imperatoris soli pateret. Ad hmõi ergo inuentionẽ t fides catholica ẽ ꝯfirmata t hereſis ꝯfutata.

Secũdo ꝓbanda ẽ resurrecctõis future ꝓpter rõnibꝫ. Et ad hoc sũt tres ꝑcipue ratiões. Prima est rõ integratiue reparatiõis. Sic em̃ ỏt anselm. li. Cur deꝰ hõ. Si hõ nõ peccasset nũq̃ morerer sz cũ amia sit t corpe ad brãm gl̃am assumerer: ergo si chr̃s integre reparauit hoiem lapsum: debuit illũ ad talem statũ reducere in q̃ simul in corpe t aia gl̃ificaret. Cũ g̃ nõ fiat in pñti qz oẽs morimur: ergo aut oẽs resurgemꝰ aut hũani generis fuit minꝰ sufficiẽs qỏ est falsum Et tõ ipe reparatoꝝ nr̃ voluit a mortuis resurgere vt supra dictũ est: vt nob de resurrectiõe nr̃a futura spẽ daret indubitatã. Nõ em̃ ꝓgruũ eet vt surgẽte integro capite mẽbra remanerẽt ꝓ ꝑte in terra. s. q̃ntũ ad corpora. Jdeo di. apls. j. Cor. xv. Chr̃s resurrexit a mortuis ꝓmitie dormientiũ. tc. Et post seq̃t. Vnusq̃sq̃ in ordine suo resurget. Scõa est rõ ꝓsumatiue pfectionis. Vt em̃ inq̃t Rich. Resurrectio corpoꝝ facit ad pfectionẽ vniuersi. Est em̃ tplex substãtia. s. pure spũal pure corpal: t ex spũali t corpali cõposita. Si aũt aie a corpib separate nũq̃ iterũ corporib vnirent: sequeret q̃ in hac parte vniuersum sua pfectiõe ꝑpetuo careret. Preterea. Aia nata est esse pars substãtie cõposite ex corporali t spũali i natura: pars aũt hz imꝑfectã esse extra totũ. Jncõueniẽs ẽ aũt vt tã nobilis substãtia ꝑpetuo careat naturali pfectiõe sui eẽ Jnsup cuz aia sit corporis forma: t forma naturalez inclinationẽ habeat ad materiã: aia igit naturalẽ hz inclinationẽ ad pficiẽdũ: corpus t regendũ: sz nulla naturalis inclinatio ẽ frustra: qz vt dicit philosophus. Natura nihil facit frustra. Tertia ẽ rõ cõpletiue retributiõis. Sic em̃ ỏt Jsido. j. desũ. bo. Qui mẽte tractauerũt qõ pfecerũt corpore: simul t aia puniẽt t corpore. spectat g̃ ad cõpletã rõnẽ punitõis iniquoꝝ t plenã manifestationẽ dine iusticie vt mali cũ suis ꝓprijs corpib ꝑpetuo puniant. Sic etiã reqrit supabũdantissima clementia t liberalitas sũmi dei vt electi sui cũ corporib ꝓprijs eternaliter letent t gaudeãt. Fuerũt nãq̃ ipa corpa instrumẽta aiaꝝ ad ꝓtutũ opera exercenda. Jpi ei scti p̃ chr̃i amore carnẽ suã crucifixerũt cũ vicijs t concupiscentijs. Vñ sic ỏt Tho. j. ij. q. iij. ar. v. q̃ uis corpꝰ nõ reqrat ad pfectionẽ hũane bitudinis q̃ntũ ad essentiam ipius bitudinis: ptinet tñ q̃ ad bñ esse. Cũ em̃ opatio dependeat ex natura rei q̃nto aia pfectior erit in sua natura: tãto pfectius habebit suã ꝓpriaz operationẽ in q̃ felicitas ꝯsistit. Vñ Aug. xij. sup Geñ. ad litterã: Cũ q̃iuisset vtrũ spiritibꝰ defunctoꝝ sine corporibus posset illa sũma beatitudo ꝑberi. Rñdet q̃ non sic ꝑñt videre incõmutabilẽ substãtiã vt sancti angeli vident suuꝫ lia latẽtiori causa siue tõ qz in eis est naturalis q̃dã appetitꝰ corpus administrãdi. Hec ille. Juxta h̃ et dicit magr̃ in textu i. iij. dis. xlix. q̃ pacto iudicio amplioꝛẽ gl̃az sue claritatꝭ deus mõstrabit electis: nõ q̃ ania sit receptura maioꝛẽ gl̃e habitũ sz qz augebit perfectio sue naturalis virtutis q̃nto aũt pfectior ẽ naturalis aie virtus tanto cũ eq̃li aduitorio sup naturali deũ clariꝰ videt: q̃ autez mõ in corpoze corruptibili ipfectiõẽ opationẽ suã naturalẽ habeat aia q̃ separata h̃ est ꝑ accidẽs rõe corruptibilitatꝭ corporis: qz vt dr̃ Sap. ix. Corpꝰ qỏ corrũpit aggũuat aiaz. vñ etiã h̃ mõ ỏt apls. j. Cor. xv. Caro t sanguis regnũ dei nõ possidebũt. loq̃t ei ibi de sanguie t carne q̃ ad cor

ruptōz ñ q̄ntū ad ſbam: vt intelligaſ q̄ d̄ corpalit viuūt regnū dī poſſidere nō pote rūt. Sz ſic̄ dr Aug⁹. xij. ſup Geñ. Ihūs ſi/ ñe. Cū aīa hoc corp⁹ iā nō aīale ſz p ſpūa/ lem cōmutationē ſpūale receperit: pfectū hēbit ſue nature modū obedies z iperās viuificataz viuificās tā ineffabili facilita te vt ſit ei glīe: qō fuit ſarcine. Hec ille. Ptz igit q̄ tūc maior erit bītudo aīe cor pori gl̄oſo vnite q̄ aīe ſeparate: maior in q̄ nō ſolū extēſiue qz vicz tūc gaudebit de ſuo z de corpis bono: ſz ēt maior intēſiue q̄ pfectiorē eſſendi modū z p ꝓñs q̄ter operatōis q̄ die pfectiorē rōnē. Erit itaq̄ in illa reſurrectōe gñali ſupadmirāda iocū/ ditas z leticia amicoz dei d̄ p effectū ex/ perieſ q̄ fructuoſū ē q̄ chīm q̄ſcūq̄ ſub ire laborez. Ecōuerſo vo dānati miſeri ex acerbitate pene cognoſcēt q̄nta ſtulticia: q̄nta dāmētia ē negligere aīaz z fouere cor pus: ptēnere celū z q̄rere mūdū: reſiſtere deo z ſeruire diabolo.

Tertio approbanda ē

futura reſurrectōis ꝓpitas exēplis z ſimilitu/ dinib⁹: Diuerſa ei experimēta i creaturis/ nūera reſurrectōis imaginē p̄figurāt. Pri/ mo ꝓſiōra i creaturis ſenſibilib⁹ Nā ō pulue rib⁹ p artificiū fit lucidiſſimū vitr⁹: z ex vi trꝫ fractꝫ in formaē p̄iectꝫ z liq̄factis pul criora reficiūr: q̄nromagꝫ de corpib⁹ nr̄is fractis pōt ſum⁹ artif ex reformare corpa gl̄oſa. Itē i p̄tib⁹ tyri z achō ō ſabulo ma ris fit optimū vitr⁹. Itē aliq̄ ſemia poſtq̄ p cētū āños latuerīt in terra germinat ope rāte natura. Hoc dr̄ cē ver⁹ de q̄no milij de q̄ dr̄ q̄ aliq̄n bñ latet i tra p cētū āños z aliq̄n p mille añ q̄ germinet. Si h̄ p̄t fa cere natura de tā puo ſemine: q̄d miraris ſi h̄ faē creator q̄ ſup̄ naturā ē de tā nota bili ſemine i fine mūdi? Nā ſi ſemia p̄mo morīūr z putreſcūt z p⁹ viuificant multo fort⁹ videt nobiliſſimū gen⁹ ſeminis q̄ſ qō alia ſemina facta ſunt cum ſeminatur non deperire ſcilicz corpus humanū cum p⁹ hūanū cū ſepelit. j. Cor. xv. Inſipiēs tu qō ſeminas nō viuificaſ niſi pri⁹ moria tur. Eſa. lxvj. Oſſa vr̄a ſic herba germina būt. Itē ꝓſidera arbores q̄ in hyeme videt q̄ mortue: i vere aūt q̄ſi reſurgere. Itē ar bor⁹ p̄ciſa iterū pullulat. Job. xiiij. Lignū habz ſpem ſi p̄ciſum fuerit vt rurſus vireſcat ꝛc̄. Et in h̄ loco docet argumētari p locū a minori reſurrectionē futurā. Scōo cō ſidera in creaturis ſenſibilib⁹ irrōnalib⁹. Vide aq̄lam depoſita ſenectute renoua/ ri. Aues depoſitis veteribꝰ pēnis annua tim veſtiūt nouas. Serpētes q̄q̄ pellem veterē exuētes annuatim nouā reſumūt. Leo filios mortuos rugitu ſuo poſt tres dies ſuſcitat. Pelican⁹ pullos a ſerpente occiſos ſuo ſanguine reſpgēs ad vitā redu cit. Itē: de cinere phenicis noua phenix z nobilis renouaſ. Phenix q̄ppe eſt auis no biliſſima z ſola nidificat in mōte arabie: z ligna aromatica in nido ſuo congregat: z ibi ſe ꝓburēs cū ſit ſola in mūdo ex cineri bus renouaſ que oīa ad reſurrectionē fu/ turā animū leuāt attentū faciūt. Ter tio ꝓſidera in ip̄a creatura rōnali: q̄z iaz multi cū chīo ſurrexerūt: vt habeſ Mat. xxvij. Itē cū btūs petrus tres diſcipulos ſuos eucharium valeriū z maternū ad cō uertendos teutunicos miſiſſet: in trāſitu alpiū mortuus eſt matern⁹. Duo autem alij ad beatū petrum reuerſi: accepto ab eo baculo ſuo: maternū iādiu mortuum et ſepultū p̄cepto eius exhumantes z tangē tes baculo petri ſuſcitatū ſecum duxerunt treuerim z magnā partez teutonie con/ uerterunt. Item in vita ſcti marcialis d̄ fuit vn⁹ de ſeptuaginta duob⁹ diſcipulis dicit q̄ cum beatus petrus mitteret eum apud lemouicas cū duobus p̄sbyteris: cū diu p̄ceſſiſſent vn⁹ ex p̄sbyteris mortuus eſt: cū aut̄ alij duo ad ſanctū petrū redīſ ſent z accepiſſent ab eo baculū ſuū ad ta/ ctū ei⁹ mortu⁹ ſurrexit. Talia multa le/ gunt q̄ futurā nobis reſurrectionē p̄figu/ rant. Indubitāter q̄q̄ tenere debem⁹ quo/ niā ſic̄ dr̄ apl's. Dēs q̄dē reſurgem⁹.

Secūda eſt ꝓſideratio generaliū di/ poſitiōis ꝓueniētis ſcz oibus reſurgē tibus tam btis q̄q̄ reꝓbis: q̄ p̄ci pue eſt triplex.

Prima eſt diſpoſitio eratis.

Scōa eſt diſpoſitio identitatis.

Tertia eſt diſpoſitio imortalitatis.

Prima igitur eſt diſpo

ſitio eratis: quia omnes in eadem etate reſurgent. Nota tū ſm Rich. in. iiij. diſt.

xliiij. ꝙ etas põt accipi dupliciť. Uno mõ ꝑ toto tpe q̃ vixit homo ab instãti sue formatiõis vsq̃ ad instans sue reformatõis ⁊ sic nõ oẽs in eadem etate resurgẽt Alio modo pro statu corporis ⁊ ꝟtutis q̃ ex annis in hũano corpore relinquiť. secũdum quẽ modũ accipiẽdi etatẽ dicim⁹ ꝙ adam fuit factus in etate virili. Et sic omnes in eadem etate resurgent: qꝛ omnes resurgent in statu ⁊ dispositiõe corporis et virtutis naturalis quã habituri erãt si tantũ vixissent vel habuerũt q̃ tantũ vixerũt q̃ ẽ in tẽpore in q̃ terminať motus ꝓficiẽdi qđ circiter de lege corporis est illud tp̃s quo chr̃s mortu⁹ est. Propterea glo. Eph̃. iiij quã magr̃ señ. inducit in textu. dicit. Oẽs in eadẽ etate resurgẽt qua chr̃s mortu⁹ ẽ ⁊ resurrexit cuiuscũq̃ etatis mortui fuerit Et Aug⁹. xxij. de ci. dei. ca. xv. dicit. Qđ cõmemorauit apl's de mensura etatis plenitudinis christi sic accipiam⁹ dictum vt nec vltra nec infra iuuenilẽ formã resurgant corpora mortuorꝫ: sz in ea etate ad quã chr̃m ꝑuenisse cognouim⁹. Hec ille. Utrũ autẽ in eadẽ q̃ntitate resurgẽt mortui: dicit aũt Rich̃ ꝙ quilibet resurget in eadẽ q̃ntitate ⁊ mẽsura siue statura q̃ vnicuiq̃ indiuiduo debebať in termino motus ꝓficiendi secũdũ naturalẽ ꝟtutẽ caloris extendentis humidũ ⁊ humidi suscipientis extensionẽ. Si autẽ ꝑ errorẽ nature vel ꝑ nimiã superabũdantiã materie est indebitus q̃ntitatis excessus vel diminutio siue defect⁹ diuina potẽtia supplebit vel resecabit: ꝓut plene ponit Aug⁹. libro xxij. de ciuitate dei. Cap. xv. vide.

Secũda est dispositio

identitatis: qꝛ quilibet resurget idẽ nũero qui prius fuit. Job. xix. In nouissimo die de terra surrectur⁹ sum ⁊ in carne mea videbo deũ saluatorẽ meũ: quẽ visur⁹ sum ego ipe nõ ⁊ ali⁹. Neq̃ em̃ ꝓprie esset resurrectio nisi idem hõ numero repararet.

Tertia ẽ dispositio im-

mortalitatis. Oẽs em̃ resurgẽt imortales ⁊ incorruptibiles. j. Cor. xv. Oportet corruptibile h̃ induere incorruptionẽ: ⁊ mortale hoc induere imortalitatẽ. Ubi notãdũ s̃m Tho. in. iiij. ꝙ dupliciter ꝯtingere põt vt corp⁹ quod ex cõditiõe suoꝝ ꝑncipiorũ corruptionem habet incorruptibile reddať. Uno modo ex hoc ꝙ ꝑncipiũ ad corruptionẽ mouẽs totaliter tolliť: ⁊ hoc mõ corpora hoim post r̃surrectionẽ erũt incorruptibilia. Cũ em̃ primũ alterãs sit celũ per suũ motũ localẽ ⁊ oĩa alia agentia scđa in virtute ipsi⁹ agant: ⁊ q̃si ab ipo mota oportet ꝙ cessante motu celi nihil sit agens qđ possit corpus ꝑ alterationez aliquã trãsmutare a sua naturali ꝓprietate siue q̃litate. Alio mõ hoc cõtingit ex h̃ ꝙ principiũ corruptiõis impediť. Et hoc modo corpus ade incorruptibile fuisset si innocẽtiã seruasset: qꝛ ꝯtrarie q̃litates in hominis corpore existẽtes ꝯtinebãť ꝑ originalẽ iusticiã ne ad dissolutionez corpis agerent. Et multo plus ꝯtinebunť in corporib⁹ gloriosis q̃ erũt oĩno subiecta spũi: ⁊ sic in corporib⁹ btõꝝ post resurrectionẽ erũt duo ꝑdicti modi incorruptibilitatis In corporib⁹ aũt damnatoꝝ prim⁹ tãtũ.

Tertia est ꝯsideratio specialis distinctõis q̃ scz erit inter corpa dãnatorũ ⁊ corpora btõꝝ post resurrectionẽ: q̃ vtiq̃ distinctio attendenda est precipue s̃m tres differentias.

Prima est differentia coloris.
Scđa est differentia odoris.
Tertia est differentia vigoris.

Prima est differentia

coloris: qꝛ corpa btõꝝ fulgida clarissima atq̃ pulcerrima erũt. Sed corpa dãnatoꝝ obscura: deformia: turpissima atq̃ horribilia.

Secunda est differẽtia

odoris: qui corpa beatoꝝ erunt suauiter redolentia. Uñ de ipsis cãtatur ꝙ erunt sicut odor balsami: sed corpa damnatorũ fetidissima.

Tertia est differẽtia vi

goris: q̃dia corpa btõꝝ agilia subtilia: et impassibilia erũt. Sz corpa dãnatoꝝ põderosa: grossa: ⁊ vehemẽtissime passibilia De his vide q̃ ad dispositiões btõꝝ corpoꝝ in tractatu de gl̃ia paradisi. De dispositõib⁹ aũt dãnatoꝝ vide in trac. de penis infernalib⁹. Ex dictis itaq̃ patz qm̃ oẽs q̃dẽ resurgemus sed nõ oẽs immutabimur de passibilitate ad impassibilitatẽ

de miseria ad felicitatem: de mesticia ad iocunditatē. Sed miserabiliores erūt impij ⁊ passibiliores post resurrectionem q̄ nunc sint. Laboremus ergo q̄diu tēpus habem⁹ sic viuere in hac misera mortali vita vt tandē resurgamus nō cuz reprob sed cum electis in gloria sempit̄na. Amē.

Sermo in Letanijs.

ſic ḡ fieri neceſſe ē: rogo te vt vultū tuū ad
mātiſſimū abſcōdas a me. Tūc ḡ abſcon
dit ſe ſub forma ſiue ſpe panis dicēs. Hu
go qz me videre nudū voluiſti: de cetero
meritū fidei de illo ſacro in te euacuaſti.
Aliō exēplū legim de ſcto ludewico rel
ge frācie. Qui dū die q̄dā miſſaz audiret

solẽnia vocat⁹ ẽ deuotũ milẽ vt iret ad aliũ altare si vellet sic ꝛ idẽ miles videre chm̃ in forma pueri. Et rñdit rex q̃ non iret addẽs ꝓbũ marie fidi ac relatu dignũ q̃ si scirẽ retro me stantẽ dñm̃ iesũ i cruce eo mõ q̃ fuit i parasceue: nollẽ me vertere vt eũ corporeis oculis aspicerẽ ex eo q̃ fidi meritũ amitterẽ. Hoc dixit q̃ sacerdos cui⁹ missã audiebat iã etiã ꝓsecrault. Jõ vez chi corp⁹ ibi eẽ ñ dubitauit Vide igitur ꝛ ꝓsidera quõ cũcta disposuit dñs ad vtilitatẽ nr̃az Mira pius saluatoris benignitas. Scipm̃ dat nobis veracit in h̃ sacramẽto atq̃ vt id nob fructuosius fiat ꝛ quemẽti⁹ nõ sub ꝓpria spe visibilit se dat sz sub spe panis et vini q̃ marie ad vsum hois ꝓueniunt se occultat. O q̃ diligere dẽm⁹ amore cordiali illũ q̃ nos sic diligit .j. Jo.iiij. Diligam⁹ deũ qm̃ ipe ꝑ⁹ dilexit nos. Tertio approbãda ẽ ꝓdicta veritas ꝑ autoritatẽ scti Amb. lib. de sacramẽtis. Et ponit de consecra. dis. ij. c. Panis. Panis est in altari vsitat⁹ añ ꝓba sacr̃oꝝ Ubi aũt accessit ꝓsecratio de pane fit corpus chi. Idẽ ó ꝓse. dis. ij, ca. Oia. ita pulcre loq̃t. Oia q̃cũq̃ voluit de⁹ fec̃ in celo ꝛ in terra ꝛ q̃ voluit sic factũ ẽ. ita licz figura panis ꝛ vini videat: nihil tñ aliũ q̃ caro chi ꝛ sanguis p⁹ ꝓsecrationẽ credẽdũ ẽ. Uñ ipa ꝓritas ad discipulos. Hoc (in qt) caro mea est ꝓ mũdi vita. Et vt mirabili⁹ loq̃r nõ alia plane q̃ q̃ nata ẽ de maria ꝛ passa ẽ in cruce: ꝛ resurrexit de sepulcro. Et Aug. ó ꝓse. dis. ij. c. Nos aũt. dic Nos ãt sub spe panis ꝛ vini quã videm⁹ res inuisibiles. i. chi carnẽ ꝛ sanguinẽ hominem⁹ Innumerabiles sunt vtiq̃ sctõꝝ autoritates q̃b hui⁹ sacri ꝓritas declarat sz breuitat⁹ gra omittim⁹. Certissimũ itaq̃ nob eẽ dz q̃ in h̃ sacramẽto tot⁹ chs sub spe panis: ꝛ tot⁹ sub spe vini realit existit. Net tñ superfluũ imo ꝓuenientissimũ ẽ h̃ sacramẽtũ sub illa duplici specie ꝓfici: licz ei sufficeret vna spes q̃ntũ ad sacramẽti efficaciã q̃ tota ẽ sub q̃libz spe vt ex dictis ptz nõ tñ sufficeret q̃ntũ ad significationẽ: q̃ in neutra spe ꝑ se sufficiẽter ꝓcaretur res hui⁹ sacramẽti: sz i vtraq̃ sit: hic eñ ꝓcat chs vt cib⁹ ꝑfecte reficies mãducãtes deuote: ꝑfecta ãt refectio nõ i pane tãtũ nec in vino tãtũ: sz in vtroq̃ sit ꝓsistit Jõ ór Dam̃. q̃ ꝓsuetudẽ hoiũ comedere panẽ ꝛ bibere vinũ nõ ꝓiungauit eis dñs diuitatẽ ꝛ fecẽ eis corp⁹ ꝛ sanguinẽ suũ: vt ꝑ hec q̃ sũt ꝓm naturã cõsueta in q̃b vita ꝓtuat: ad ea q̃ sũt supn̄ naturã oino trãsferamur. Hec ille. Fit ãt separati ꝓsecratõ corpis ꝛ ꝓsecratio sanguis ad ꝓcadũ q̃ in chi passiõe cui⁹ h̃ sacrm̃ ẽ mẽoriale vt postea dãte deo dicturi sum⁹ fuit sanguis separat⁹ a corpe. Uñ si tũc aliqs apl̃oꝝ h̃ sacramẽtũ ꝓficisz sub spe panis tũc nõ fuisset sanguis q̃diu separat⁹ erat a corpe: nec sub spe vini tũc fuisset corp⁹. Sz nũc sic chs in sua ꝓpria spe tot⁹ ꝓsistit in corpe ꝛ sanguie aia ꝛ deitate: sic ꝛ tot⁹ ẽ sub vtraq̃ sacramẽtali spe ꝛ sub vtraq̃ specie efficacia sacri tota licz nõ sigñto plena ꝓpt q̃ licz i ecca ꝑmittua ꝑpls cõicaret sub vtraq̃ spe: tñ postea ꝓuide ordinatũ ẽ vt rantũ sb spe panis cõicaret ꝛ ñ sb spe v. ni ꝓpt ꝑiculũ effussiõis. h̃ ei sufficit ad efficaciaz sacramti q̃ tot⁹ chs ibi. Q̃ tñ integritas ꝛ ꝑfectio sacri q̃ntũ ad sigñtionẽ requirit vtraq̃ speciẽ. Jõ sacerdos cui ꝓpetit h̃ sacm̃ ꝓficere ꝛ ꝑficere nullo mõ debz chi corp⁹ celebrãdo sumere sine sãguine Uñ ór gelasi⁹ papa. ꝛ hz ó ꝓse. dis. ij. diuisio vni⁹ eiusdẽ mysterij sine grãdi sacrilegio ꝓuenire nõ ꝑ⁹. Hec ille.

Secũdo declarãda est pz

dicta fidi nr̃e ꝓritas ꝑ approbatiuã rõnẽ nõ q̃dẽ demõstratiuã sz ꝓsualiuã tãtũ ꝛ fidei ꝓsolatoriã. Et ad h̃ ꝑñt adduci tres ꝑcipue hmõi rõnes. Pria sumit⁹ ex mũdi creatõe q̃ magz videt q̃ vnũ eus possit i aliũ ꝓuerti q̃ q̃ ab nõ ente fiat ens. Si g̃ potuit de⁹ ꝑ creationẽ de nihilo facere oia q̃ sũt in celo ꝛ ira: multo magis ꝑt ꝓuertere panẽ in carnẽ suã: ꝛ vinũ in sãguinẽ. Uisibilt. de sacris. De tot⁹ mõi opib⁹ q̃ ipe ór ꝛ fecã sẽ ipe mãdauit ꝛ creata sũt. Sermo igit q̃ potuit ex nihilo facere q̃ non erat: nũq̃d nõ poterit ea q̃ sẽ i id mutare q̃ nõ erãt: Nõ em̃ min⁹ ẽ nouas naturas rebus dare q̃ mutare. Hec ille. Firmit̃ itaq̃ credẽdũ q̃ cũ dñs ór. h̃ est corp⁹ mcũ: ꝛ hic ẽ sang. ꝛc. panẽ ꝛ vinũ ꝓuertit in carnẽ suã ꝛ sanguinẽ: ꝛ eãdẽ ꝓtutẽ trãssubstantiauit illt ꝓbis ꝓtulit in postea. Chrys̃o. Sic illa vox q̃ dicit, Crescite ꝛ multiplicami⁹

ni ꝛ replete terrē: sel' dicta p̄stat cūctis cre atis incremētū: sic ista sel' dicta ꝑ oēs mē sas ecclie vsq; in hodiernuꝫ diē ꝛ vsq; ad ei⁹ aduētū p̄stat sacrificio firmitatē. Hec ille. Ipse ꝯ chr̄s est q̄ ꝑsecrat hoc sacr̄m: sacerdos aūt tm̄ minister est ꝓpter ꝑsonā chr̄i. Vñ cū tibi mīstrat hoc sacr̄m noli attēdere manū sacerdotis mīstrātis: sed manū chr̄i ꝑsecrātis: q; sic accipe debes q̄si de ꝓpria chr̄i manu. Notandū aūt q̄ cū dn̄s dr: Hoc est corpus meū. sensus est: Hoc qđ ꝑtinet sub specie hac panis: ē corp⁹ meū qđ nūc do vobis ꝛ qđ ꝑ vīa re dēptione tradet, fit aūt trāssubstātiatio in vltimo instāti, plate oīonis. Scđa rō sa mit ex corpis chr̄i ꝑceptōe. Et hec ponit ab Amb. vbi s. di. Quid hic q̄ris naꝯe ordinē in chr̄i corpe cū ꝑter naturā sit ipe dominꝰ ꝑcept⁹ ꝛ nat⁹ ex ꝓgine: Hec ille. Et si forte q̄ras. Que est nobilior ptās: vl̄ potestas ꝑcipiēdi data ꝓgini: vel ptās ꝑficiēdi data sacerdoti: Rñdz Bona. in. iiij. di. ij. q̄ simplicit loq̄ndo: ꝓtius ꝑcipiēdi mīto nobilior est ꝛ excellētior. Tū q; subiectuz suū magis nobilitat. Mai⁹ em̄ mīto ē ei dei matrē q̄ esse sacerdotē. Tū q; actio ē singlārior ꝛ ꝑclarior. Mai⁹ em̄ est ꝑcipe q̄ ꝑficere: q; termin⁹ actiōis vicz ipsum chr̄i corp⁹ pl⁹ accipit a ꝑcipiente mꝛe q̄ a ꝑficiēte sacerdote. Tertia rō sumit ex rerū ꝓmutatiōe. Nā legim⁹ ꝑ diuinā virtutē sepi⁹ immutatā esse reꝯ naturā. Idcir. Amb. de ꝑse. dist. ij. ca. Reuera, sic ait: Forte dices: Aliō video quō tu mihi asseris q̄ corp⁹ chr̄i accipiā. Et hoc nobis ꝓpest vt ꝓbemus. Quātis igit vtimur exēplis vt ꝓbem⁹ hoc nō esse qđ natura formauit: ita qđ bn̄dictio ꝑsecrauit: maioręq; vim esse bn̄dictiōis q̄ nature: q; bn̄dictōe etiā ipa natā mutat. Vñ virgaz tenebat moyses: placit eā ꝛ facta est serpēs Rurs⁹ apph̄endit caudā serpētis: ꝛ in virge naturā reuertit. Vides ꝯ ꝓphetica gra bis mutatā esse naturā ꝛ serpez ꝛ virge. Currebāt egypti flūina puro meatu aq̄ę: subito ō fontiū venis sanguis ępit erūpe: nec erat pot⁹ in fluuijs: Rursus ad ꝓphē pces cruor cessauit aq̄ę/ natura remeauit. Circūclusus vndiq; erat pl⁹ hebreoꝝ. Hinc egyptijs vallat⁹ ide mari clausus: virgaz leuauit moyses: sepauit se aqua/ ꝛ in murorꝝ specie sē ꝯgelauit atq; int vndas via pedestris apparuit: nordanis retrorsuz cōuersus ꝑtra naturaz in sui fontis reuertit exordiū. Sitiebat ꝓpl⁹ patꝝ: tetigit moyses petrā ꝛ aqua de petra fluxit. Haratb fluui⁹ amarissim⁹ erat vt sitiēs ꝓpl⁹ bibere nō posset. Misit moyses lignū in aquā et amaritudinē suā aq̄ę natura deposuit. Sub heliseo ꝓpha vni ex filijs ꝓphaꝝ excussum est ferru de securi: ꝛ statim immersum. Rogauit heliseū q̄ amiserat ferrum: Misit helise⁹ lignū i aquā ꝛ ferꝝ natauit Vtiq; et hoc ꝑter naturā factū cognouimus. Grauior est em̄ ferri species q̄ aq̄ę liquor. Aduertim⁹ ꝯ maiorē esse gr̄am q̄ naturā: ꝛ adhuc rātu ꝓphetice bn̄dictiōis miramur gr̄am. Q; si rantū valuit hūana bn̄dictio vt naturaz ꝑuerteret: qđ dicem⁹ de ipa ꝑsecratiōe diuina vbi ipa verba dn̄i saluatoris operant⁹: Nā sacr̄m istō qđ accipitis: chr̄i ꝓmone ꝑficit. Hec Ambro. Qui in talib⁹ exēplis nobis oñdit ḡm ra pōt de⁹ magnus ꝛ excelsus cui⁹ infirmitate ꝓtī ascribunk oia miracla sacri altaris Primū q̄ panis ira ꝑuertit in corp⁹ chr̄i: et est illa ꝑuersio toti⁹ sube in totā subaz corpis chr̄i. Scōm q̄ sub tāmodica specie rantū corpus lateat. Est em̄ ibi corp⁹ chr̄i sub tāta ḡntitate sicut fuit in cruce et sicut est in celo: nec tm̄ in hoc sacro excedit illius parue forme terminos. Tertiuz q̄ accidētia sunt ibi sine subiecto. Quartū q̄ nō augek corp⁹ chr̄i ex multaꝝ hostiaꝝ cōsecratiōe ꝛ ecōuersione: nec minuit ex eaꝝ sūptione. Quintū ꝙ ide corp⁹ simł est i pluribus locz. Sextū est q̄ cū diuidit hostia nō diuidit corp⁹ chr̄i: quia totus chr̄s indiuisus manet sub q̄libet parte: sicut integro speculo tota et vnica forma relucet in toto. Et fracto speculo fit vni⁹ ꝛ eiusdē et totius integre forme ad q̄libz speculi fractur reflexio. Septimū q̄ cū amplius nō sit ibi substātia panis vel vini, tamē accidentia eiidem quē ꝓrius habēt effectū: vt satiare: iebriare ꝛ hmōi: visū ē: q̄ cū desinunt ibi esse species: ibi etiā statim cē desinit corpus chr̄i et sanguis. Nonū est q̄ q̄ tenek hostia in mamb⁹ ꝛ videk oculis: corpus chr̄i nec tangit manib⁹ nec videk oculis: sed hoc tm̄modo circa species agitur sicut ꝛ q̄n diuidit hostia. Hec sunt aliqua

de magnis mirabilib⁹ huiꝰ sacrī: de qb⁹ ps. Memoriã fecit mirabiliū suoꝝ ⁊c. Sed hec ꝛ sint multuꝝ mirabilia: sunt tñ valde credibilia: vt ptꝫ ex supdictis. Diuine ei potētie cūcta subiacēt: vt ōt Aug.

Tertio approbãda est

pdicta fidei veritas p exēplariuā attestationē. Nã de⁹ bñdictus (etsi nō sp) qñqꝫ tñ ad pfusionē cordiū inflatoꝝ mira circa h̄ sacrm oñdit mira atq; stupēda. Inter q̄ pmo adducem⁹ illō vnū celeberrimū ac memoria dignū: qō euenit dū sctūs Anton⁹ de padua arimini pdicabat. Ibi nā q̄dā hereticꝰ q̄dā aderat male sentiēs ō corpore chr̄i: q̄ in ⁊rēptū corpis chr̄i hostias nō psecratas sepi⁹ asino suo pbebat in cibū: Cū ꝙ hoc innotuisset Antonio fidei defensori: acerrimo illū ad se vocatū dure redarguit: veritatēq; sacrī sibi fideliter psuasit. Cū ꝙ ille ptinax in suo sensu mane ret: assereretq; asinū suū in psepe tali cibo esse depastū; quenit cū eo antoni⁹ vt ō h̄ expientia fieret: sic vicz q̄ p tres dies asinus sine cibo maneret: ⁊ ꝛtio die Antonius celebrata missa ⁊ reseruato sacrorū inter hostias nō psecratas reponeret atq; illo mō asin⁹ famelicꝰ iumtaret ad pabulū. Qō cū factū fuisset coram multitudine maxima: asal illō appropinq̄ns sporte in q̄ corpus chr̄i inter hostias nō psecratas reuerenē recōditū erat: ex miraculo dī recognouit dominū suū: ⁊ caput ac pedes inclinās bñuliter adorauit: nec cura sibi fuit de cibo q̄ indigebat: Cūq; verberib⁹ ab illo heretico ageret: trahēret: ⁊ voluerēt: sēp faciebat vt pus. Ob qō hereticꝰ illet⁹ alij q̄plimi oī errore deposito ad verā fidem redierūt. Antoni⁹ aūt deo gras referēs: sacrm honorifice in loco debito reposuit. Aliud exemplū: Albert⁹ de prussia pus refert: q̄ qdā mulier cū ipe eps esset: venit ad eū pfitēs q̄ diabol⁹ nō q̄mitteret eam credere in sacrm altarꝫ q̄ ibi essꝫ vez chr̄i corp⁹: Et ꝙ cū accepisset ipm ⁊ aī porcos in stiqs posuisset: ecce mirū: oēs porci genua fleterūt ⁊ sacrm adorauerūt. Hec aūt misera voluit amplⁱ expiri ⁊ posuit corpus chr̄i sup veru ⁊ assauit iuxta ignez: et ecce gutte sanguinis abinde fluere cepēr Hoc facto misera adhuc nō ꝛtēta accepit corpus chr̄i ⁊ fodit in terrā ⁊ sanguis nimi⁹ sup terram emanare cepit ꝙsi extra terrā ebulliendo. Ad qō pūcta credidit et supdicto epo pfessa est petīi suū: ⁊ ppetuā pniam ab eo suscepit. Aliō exēplū narrat Cesari⁹: Mulier quedā cū apes multas nutriret ⁊ ille nō pficerēt: imo passim morerent: cū remediū circūquaqꝫ qreret: dictū est ei q̄ si corp⁹ dñicū inter illas locaret: mox ille alues cessaret. Illa igit ad ecclīam pgens ⁊ se cōlocare simulās: corp⁹ dñi sumes/statim a sacerdote recedēs extraxit; ⁊ in vno alueolo illō locauit. Mira dei potētia ꝛmiculi creatorē suū agnoscētes: de fauis suis dulcissimis hospiti suo dulcissimo capellā mire structure fecerūt: in q̄ altare eiusdē materie erigētes: sacratissimū dñi corp⁹ sup illō posuerūt: ⁊ bñdixit dominꝰ opibus eoꝝ. Processu ꝙ rē poris cū femia illa vasculū illud aperuissꝫ et ia dictū oratoriū pspexissꝫ expauit. Currensq; ad sacerdotē: pfessa est ei oia q̄ egerat et viderat. Tūc ille assumptꝫ secū parochianis suis: ad vasculū venert: ⁊ apes quolātes ⁊ in laudē sui creatoris bōbizātes abiert. Capellule parietes: fenestras: tectū: cāpanile: ostiū: altare: admirantes: corp⁹ dñicū cū laude ⁊ glīa ad ecclīam tulerūt. Hec Cesari⁹. Aliud exemplū. Beatus Gregoriꝰ cuidā matrone dedit corpus chr̄i dī. Corp⁹ dñi nr̄i iesu chr̄i, pficiat tibi in vitā eternā. Quo audito mlier subrisit. Btūs autē Greg. manū retraxit: inquirens ab ea ꝛ cur risisset. Rndit illa: qz panē istū quē feci: corp⁹ chr̄isti appellas. Btūs ꝙ Greg. ad effugandā incredulitatem mlieris: orauit et alios orare fecit: et mox hostia mutata est in carnē: ⁊ sic mulier ab erroze reuocata ē Tūc btūs Greg. iteꝝ orauit: ⁊ tūc ad pristinā formā rediit: et sic matrone dedit hostiā q̄ eam intantū ꝛfirmauit in fide vt postea nunqꝫ recidiuaret. De mlīs etiā alijs ꝛpertū est q̄ ex ꝓuilegio speciali corp⁹ chr̄i viderūt aut ī specie pueri: aut carnis: aut sanguinis: qō sit fz Tho. in. iij. p. q. lxxvj. p immutatiōz oculoꝝ eoꝝ qui sic videt quoꝝ oculi immutanē acsi expisse viderent exteri⁹ carnē aut sanguinē: nulla tñ trāsmutatiōe facta ex parte sacrī: qō patꝫ ex hoc q̄ a b alijs videtur sacrꝫ sub specie panis. Nectū id ptinꝫ

ad aliquā decep̄ōez: qz talis spēs diuini/
tus formak in oculo ad aliquā veritatem
signandā ad hoc. s. q manifestek vere cor
pus esse sub sacro. Dicit em Aug⁹. in lib.
q. euangel. q cū fictio nra referk ad aliquā
signationē/nō est mendaciū sed aliq figu/
ra. Quādiu tn apparet sub forma carnis:
aut pueri aut hmōi/nō est sumēdū sacrm
Ratio: qz chr̄s instituit q sumerek eucha
ristia sub specie panis et vin̄. Aliud exē/
plū. Fuit quidā heretic⁹ in puincia btabā
tie q debebat cōburi. Cū aūt pīect⁹ esset
ad ignē: exclamauit Juuate me: Et statiz
demones extraxerūt eū de igne. Qui cyz
denuo fuisset pīect⁹ z sp fuisset liberat⁹: tā
catholici disputabāt de fide. Supueniēs
aūt quidā p̄dicator: dixit ep̄o: Faciat huc
apportari corp⁹ chr̄i. Quod cū factū fuisz
Heretic⁹ ad ignē pīect⁹: sicut pius clama
uit: adiuuate me. Et demōes rndēr̄t Nō
possum⁹: qz maior nobis supueuit. Aliud
exēplū. In ep̄atu brixiēsi erat quidā q p̄tē
debat sctitatē tantā in abstinētia q vide/
batur alter ioānes baptista. Oēs q̄si ō to
ta puincia currebāt ad eū: z dm̄ se repu/
tabat ille q eū videre posset: vel tāgere: vl
loq cū eo: oēs credebant eū sctm: z tn erat
heretic⁹ z puersus: mortu⁹ est z honorifi
ce sepult⁹. Post tps aligō inq̄sito: here/
tice pūtatz obligēt inq̄rēs iuēit p testes fi
deles q fuerāt heretic⁹. Sentētiauit g ō
p̄lio epi brixiēsis z alioz p̄udentū q ei⁹
ossa p̄burerenk. Astāte igit̄ ppl̄o pīecta sk
ossa in ignē: z statim demones eleuauerūt
ossa de igne z tenebāt ea suspensa in aere:
nō tn videbank demōes. Populares g ce
perūt clamare: Doziak eps cū istis trib⁹
q̄ voluerunt p̄burere sctm dei ex̄mūdia.
Ecce quō de⁹ noster nō valt. Tūc eps ti/
muit. Frēs aūt p̄fortauerūt eū di. Domie
nos sum⁹ hic p defensione fidei: Prepare
tis vos ad missam: qz oñdet nobis dñs a/
liqō miraclm ne fides p̄clitek. Dixit igit̄
eps missam: Salue sceā parens zc. Et qñ
eleuauit corpus chr̄i: tūc demones in ae/
re clamauerūt di. O Guido de lacha: nos
defendim⁹ te q̄ntum potuim⁹: sed modo
nō plus possum⁹: qz adest maior nobis. s.
chr̄s. Et statim ceciderunt ossa in ignē et
cōbusta sūt: z glificata est fides p̄pter cor/
pus chr̄i. Sunt itaq mlta p̄clarissima h⁹
sacrī testimonia: q tn oīa si deessent/suf/
ficere nobis debz verbū chr̄i dicētis: Ca/
ro mea vere est cib⁹: z sanguis me⁹ zc. Et
Matt. xxvj. Hoc est corp⁹ meū. O igitur
meffabile sacrm. O inexplicabile signum
amoris dulcissimi iesu. O deniq triūpha
le p̄legiū nobis exhibitū. Nō em est aut
fuit aliq tā grandis natio q habeat deos
appropiāntes sibi sicut adest nob de⁹ nr

Secundū est mysteriū memorāde
p̄figuratiōis. Ubi sunt 2templā/
de tres p̄cipue 2sideratiōes.

¶ Prima est cōsideratio rationalis con/
gruitatis.

¶ Scōa est figuralis pluralitatis.

¶ Tertia ē specialis 2formitatis.

¶ Prima est cōsideratio rōnalis cōgruitatis: qz vicz congruū z rō
nale fuit hoc sacrm p̄figurari: qō ꝓbatur
sm Dlex. z Boñ. in. iij. di. vij. trib⁹ rōib⁹.

¶ Prima est rō dignitatz. Illud em inter
sacra est excellētissimū: tōo debuerūt p̄ce
figure hui⁹ sacrī quib⁹ dignitas eius fa/
mosior ostenderek: expectandū enim erat
sicut donum dei excellentissimum.

¶ Scōa est rō difficultatz. Hoc em inter
cetera difficillimū est ad credēdū. tō ad h
debuerūt hoies assuefieri q̄dam figurarū

¶ Tertia est rō signifi/ (manuductiōe.
cate veritatis: qz in hoc sacro chr̄s pass⁹
significak z cōtinek. Cōgruebat aūt chr̄m
passum figuris p̄figurari. Tōo et sibi hoc
sacrm in q̄ fcak z 2tinek. Un̄ ptz q̄ venera
bile est h sacrz qō tācelebrik añ̄ instituere
rek p̄conizatū fuit Ex q̄ evidēt apparet q̄n
tā hīe debē⁹ reuerētiā ad sctm offm̄ misse
vbi celebrak z tractak h tā dignissimū sacrz
O q̄nta devotōe z celebrāda z audiēda e
sctissima missa in q ē 2sūmatio et adiple/
tio oīm legaliū sacrificiorū q̄b⁹ tācelebrāt
p̄figuratū est sacratissimū oñici corpis sāu
crificiū. Nō incōgruū itaq̄ censui hic in/
terserere tres p̄cipuas cās q nos ad misse
devotionē inducere dñt. ¶ Prima cā est
nēcitas obſuande obligatōis. Un̄ de 2se.
di. j. ca. Missas. sic ōr. Missas die dñico
seclarib⁹ audire totas spēali ordine p̄cipi⁹
ita vt añ bñdictionē sacerdotis egredi po
pulus nō p̄sumat: qō si fecerit, ab ep̄o cō/
fundak. Et itez zc. Qui die, sic ōr. Qui die

solēni ꝑtermissō ꝙuētu eccl̄ie ad spectacu
la vadit: excōicet. Glo. si monit⁹ nō desi⁊
stit. Sicut aūt ꝺr Joā. anō. in rosario sup
dicto ca. Missas. Si ad hoc tenent laici:
mlto magis ꝛ clerici q̄ totaliť dediti sunt
diuino cultui, vt ptz. xij. q. j. ca. Duo sunt
genera. Quod aūt dictū est de dieb⁹ dñicis
intelligēdū est etiā de alijs dieb⁹ festiuis.
vt pōt colligi ex his q̄ dicunt extra de pa
rochijs. in capi. Ut dñicis dieb⁹ ꝛ festis.
Sicut aūt ꝺr Aster. li. iij. de auditiōe mis
se. Et Henric⁹ boic. extra de celebratiōe
misse in ca. Dolētes. Quo ad laicos non
audire missaz die dñico tūc ē mortale pec
catū: qñ accidit ex ꝑceptu vero vel interꝑ⁊
tatiuo. Vocāt aūt ꝑceptū interꝑtatiuuz
qū sine cā legitima missaz audire diebus
dñicis q̄s nō assuescit. Vñ glo. in dicto c.
dicit ħ esse ꝑceptū. Si ꝙo q̄s ex legitia cā
ꝑtermittit audire missam in die dñico: tūc
nō peccat. Vocāt aūt causaz legitimā qñ
q̄s corꝑali detinet infirmitate: vl̄ umico⁊
more vel alia sil̄ causa: q̄ ꝑm rectū iudi⁊
cū excusatio legitia debeat reputari. Si
q̄s aūt ex alīq̄ leui cā nō sufficiēti ꝑtermit
tat audire missaz: ꝛ tū ad audiendū missā
fuit ꝙsuet⁹ tūc pōt esse veniale. Ulterius
sicut dicūt cōiter doctores: vt Innocen.
Hostiē. ꝛ Joā. anō. sup rubricā de paro⁊
chijs: hoc est inter iura parochialia: q̄ pa
rochianus vn⁹ eccl̄ie nō ꝺz audire diuina
in alia ex ꝑceptu: q̄ tū fieri pōt ex rōabili
cā corꝑali vl̄ spūali: puta cū q̄s vult ꝓgri
nari ꝓ implēdo voto alīq̄: vel ꝓ indulgen⁊
tia ꝙsequenda: vel ꝓ verbo dei audiēdo.

Scōa cā est sublimitas memorāde si⁊
gnificatiōis. In celebratiōe em̄ misse si⁊
gnificant⁊ et repr̄ntant⁊ sctissima mysteria
q̄ fili⁹ dei opatus est ꝓ nr̄a salute: ꝛ myste
riū dñice mortis ꝛ passiōis q̄ seipm̄ ꝓ no⁊
bis imolauit. Vñ sicut ꝺr Th. in. iij. ꝑ. q.
lxxxij. ar. j. Celebratio misse ꝺr chr̄i imo⁊
latio. Dicit em̄ Aug. in li. sniar⁊ Prosperi
Semel imolat⁹ est in semetipo chr̄is: ꝛ tū
q̄tidie imolaī in hoc sacro. Dicit aūt im⁊
molatio chr̄i/ qz celebratio sacr̄i eucharī⁊
stie est imago q̄daz repr̄ntatiua passionis
chr̄i q̄ fuit vera imolatio. Vñ Amb. dicit
sup epl̄am ad Heb. In chr̄o sel̄ oblata est
hostia ad salutē sempiternā potēs. Quid
ꝺnos? Nōne ꝑ singulos dies offerim⁹ ad
recordationē mortis ei⁹? Tertia cā est
vtilitas desiderāde reportatōis. Qui em̄
missaz deuote audierit: reportat inde⁊ par
ticipationē triplicis fruct⁹ multū desiderā⁊
rabilis. Primo reportat participatōez
in fructu dñice passiōis. Per sacr̄m em̄ eu
charistie adoratū reuereter: ꝛ a fortiori si
deuote sumptū fuerit/ particeps efficitur
hō dñice passiōis. Vñ in q̄dā orōne dñi⁊
cali ꝺr: q̄tiēs hui⁹ hostie ꝙmēoratio cele
bratur: opus nr̄e redēptiōis exercet. Se⁊
cūdo in fructu diuine laudatiōis. Fere em̄
oia q̄ dicunt in missa ad dei laude ptinēt:
ꝑ quā laudatiōez ꝑstat⁊ nobis via salutis.
Juxta illō Ps̄. Sacrificiū laudis bono⁊
rificabit me: ꝛ illic iter q̄ ostēdam illi salu⁊
tare dei. Tertio in fructu deuote orōis
Orat em̄ sp̄ sacerdos spēaliter ꝓ oīb⁹ audi
entib⁹ missam suā: vt ptz in cano. misse: cū
dicit: Et ꝓ oīb⁹ circūastantib⁹. et orōnes
ꝛ deuotiōes oīm assistentium offert deo.
Etsi forte q̄ris: An melior sit missa boni
sacerdotis q̄ mali. Rūdet Tho. in. iij. ꝑ.
q. lxxxij. ꝙ in missa duo sunt ꝙsideranda:
scz ipm sacr̄m qō est ꝓncipale: ꝛ orōnes q̄
in missa fiūt ꝓ viuis ꝛ mortuis. q̄ntū ḡ ad
sacramentū nō min⁹ valet missa mali sa⁊
cerdotis q̄ boni: quia vtrobiq̄ idē ꝙficit
sacr̄m. Unde Greg. in regīstro. Heu in⁊
q̄ magnū laqueū incidūt q̄ diuina⁊ occul
ta mysteria pl⁹ ab alijs sctificata fieri pos
se credūt: cuz vn⁹ idem spūs ea mysteria
occulte atz inuisibiliť operando sctificz. Ad
ħ etiā facit c. Cūscr̄ptura. j. q. j. Et c. Si⁊
gnificasti. Et c. Hō q̄les. Est tū aduerten
dū q̄ lz sacr̄m in se vnū ꝛ idē sit ꝛ nō veri⁹
neq̄ sanctius, put a bono ꝙficit sacerdote
q̄ malo: qz vicz nō ī merito sacerdotz sed
in ꝙbo ꝙficitur chr̄i ꝙsecrātis: tū oblatio
hui⁹ sacr̄i (accipiēdo vicz oblatōez ꝓ actu
siue opatiōe sacerdotz offerētis) melioz est
ab vno q̄ ab alio. Vñ sic oblatio boni sa
cerdotis meritoria est sibi ꝛ deo plācēs ꝛ
grata. Sed oblatio mali sibi dānabil⁊ et
deo displicēs: lz res oblata sp̄ sit ꝺo gra⁊
tissima: qz vicz mal⁹ indign⁹ est deo mini
strare. Jō ꝺr Leui. xxj. Hō q̄ hūerit ma⁊
culā nō accedet ad misteriū ꝺi sui. Quātū
ad orōnem q̄ fit in missa dōm: ꝙ illa pōt
dupliciter cōsiderari. Uno modo inquā⁊
tum habet efficaciam ex deuotione sacer⁊

dotis orantis: ⁊ Ac nō ē dubiū q̄ missa boni sacerdotis ē magis fructuosa q̄ mali. Vñ scribit j. q. j. c. Ipi sacerdotes. Q̄n sacerdotes fuerit digniores: tāto facilius i necessitatibus pro q̄b⁹ clamant exaudiūt. Ad idē facit ibidē. c. Sacerdotes ⁊. c. Sacrosancta. Alia mō inq̄ntū ozo in missa p fertur a sacerdote in psona totius ecce cuius sacerdos est minister: qō q̄dē ministeriuz etiā in pcōrib⁹ manet. Vñ q̄ntū ad hoc est fructuosa ozo sacerdotis pcōris non solū in missa: sz ⁊ in alijs ecclesiasticis offi cijs in quib⁹ gerit psonā ecclie: sz nō sic sūt fructuose eius oōnes puate: secundū illud Prouer. xvij. Qui declinat aurē suā ne audiat legē: oratio eius erit execrabilis. Et dictis istis q̄z sequit q̄ sicēbat Boē. Si q̄s libenti⁹ audiat missam meliozis sacerdotis bñ facit. dū tñ credat ipm in substātialib⁹ sacramēti nō excedere pcōrē: alioq̄n pcul dubio erraret. Notandū insup q̄ sacerdotis occubinarij publici ⁊ notorij audire nō licet. Vñ xxj. dis. oī. Nulli⁹ audiat missam sacerdotis quē indubitāter nouit occubinā hre: qō vt ōt Tho. vbi s. ar. ix. Puta de fornicatiōe q̄ de multis alijs pctis phibet: q⁹ ad eā sūt hoies pniores ppt̄ carnis corruptionē. Hoc tñ ē intelligendū de notorio vel p sentētiā iudicis vel p confessionē in iudicio factā vl q̄n nō pōt pctm aliqua tergiuersatiōe celari. Sicut etiā ibidē ōt Tho. Heretici scismatici ⁊ excōicati sunt p̄ninjam ecclie ab executōe officiandi puari. Ideo peccat q̄cūq⁹ ozo missam audit vel ab eis sacrm accipit. Hec Tho. Hec supradicta icidēt̄aliter de auditiōe misse interseruim⁹. Nūc aūt ad pncipale p̄positū nr̄m redeundū est. Supius itaq̄ iam declarauim⁹ pmā cōsideratiōē p̄positaz circa p̄figuratiōem hui⁹ sacramēti: q⁹ videlz cruū erat ⁊ rōnabile ipm legalib⁹ sacrificijs p̄figurari.

Secūda est cōsideratio

figuralis plūratis: videlz q̄ pluribus figurz p̄figurari debuit: q⁹ vt ait Aug⁹. in. xij. de tri. q⁹ p multa eram⁹ a deo diuisi: oportebat q̄ multa vitā venturā declamarēt: sez chr̄m q̄ dī. Jo. vj. Ego sum panis vite. Et sicut dī alexā. Licz res prefigurata sit vna sm substantiā: tñ illius multi sunt effectus ⁊ multe p̄prietates siue cōditiones q̄bus corrūdent diuerse figure: licz autez fuerint multiplices figure hui⁹ sacramēti sūt tñ inter ceteras tres pcipue. Ad cui⁹ declarationē notādū sm Tho. in. iij. p. q. lxxix. q̄ in hoc sacramēto tria cōsiderare possum⁹. s. id q̄ō est sacramētū tātū. s. panem ⁊ vinū: ⁊ id q̄ō est res ⁊ sacramētum simul: sez corp⁹ chr̄i vez: et id q̄ō est res tātū: sez effect⁹ hui⁹ sacramēti: q̄ntū igit ad id q̄ō ē sacramētū tātū potissima figura hui⁹ sacramēti fuit oblatio melchisedech: q⁹ obtulit panē ⁊ vinū: q̄ntū aūt ad id q̄ō est sacramētū ⁊ res sacramēti. s. q̄ntū ad ipm chr̄m passuz q̄ p̄tinetur in hoc sacramēto: figura eius fuerunt oia sacrificia veteris legis: pcipue sacrificiū expiatōnis q̄ō erat solēnissimū: q̄ntū aūt ad effectū fuit eius figura pcipua māna: q̄d ipse hēbat ois saporis suauitatē: sic ⁊ gra huius sacramēti mentem reficit q̄ntū ad omnia Agnus aūt paschalis q̄ntū ad tria predicta simul p̄figurabat h̄ sacramētū: q̄ntum em̄ ad primū q⁹ māducabat cū panibus azymis: sm illud Exo. xij. Edēt carnes ⁊ azymos panes: q̄ntū vo ad scōm q⁹ imolabat ab omni multitudine filioz israel: decima q̄rta luna: qō fuit figura passiōis chr̄i q̄ pter innocentiā oī agnus: q̄ntū vero ad effectū: quia p sanguinē agni paschalis p̄recti sūt filij israel a deuastāte angelo ⁊ educti de egyptiaca seruitute. Et iō ponit̄ pcipua figura hui⁹ sacrī agn⁹ paschalis q⁹ sm oia ipm repūtat. Hec Tho.

Tertia est consideratio

spēalis cōformitatis: vbi vicz cōsiderādū est spēalis cōformitas vni⁹ illaz figuraz: sez māne qō p̄figurauit pcipue hoc sacramētū q̄ntū ad fructū quē fac̄ i nob⁹ ppt̄ qō cōuenientē: vt de h̄ h̄eam⁹ spēalē cōsideratiōnē. Cōsiderem⁹ itaq̄ qm̄ caro chr̄i cibus ē suauissim⁹ ad gustādū ⁊ fructuosissim⁹ nobis qui fuit figuratus in manna. Exo. xvj. Et h̄ maxime propter septem additiones siue p̄prietates que in manna fuerunt huic sacramēto cōuenientes. Prima est modus generatiōis. Nā de nocte de celo inuisibiliter descēdebat māna ⁊ hoc signat statū fidei nr̄e q̄ nō clare videt sicut in patria: neq⁹ ibi est oīmoda obscuritas que

admodũ in inferno/sed q̃si in cellari vl' lunari lumie p fidẽ hoc sacr̃m cognoscimus Vñ canit ecclia. Ad firmandũ cor sincer̃ sola fides sufficit. ¶ Scõa est locꝰ descẽsionis: qz descẽdebat in deserto circa castra filioꝝ isr'l tm: eisq̃ defecit cũ intrauerũt terrã pmissiõis. Sic hoc sacr̃m datur in defro hui⁹ vite z filijs ecclie tm. Cũ ãt ad repromissam viuentiũ terrã quentum fuerit: tiã non ampliꝰ hoc sacr̃m offerek: sz gliosissimꝰ iesus in ꝓpria specie clare videbit. ¶ Tertia est tps recollectõis. Sex ei diebꝫ colligebak: sextisq̃ feriꝫ p sabbato iussuz est colligi: sabbato aũt egressi q̃daz vt colligerẽt nõ inuenerũt. Sic z istud vnificũ sacr̃m nõ nisi tpe pñtis pegrinationis põt haberi: sed nõ in sabbato. i. requiẽ dõꝝ: sed vtiaz dictũ est ibi iuenietis rex nr̃ iesus nõ mystice sacro velatꝰ sz manifestꝰ et decore regio gliosus. ¶ Quarta ẽ terminꝰ mẽsurationis. qz p singla capita dẽ mensurã. s. gomor ex parte dñi moyses collegi instituerat: nec q̃ plꝰ collegit plꝰ hũit: nec q̃ minus/minꝰ inuenit. Sic quidẽ istũ mirabile sacr̃m neq̃q̃ ꝓtinet minorẽ iesuz in minori hostia q̃ in maiori: nec plꝰ est in pluribꝫ q̃ in vna. ¶ Quita est ritꝰ ꝑparationis: qz illud mãna ignẽ optime sustinebat: cũ aũt incaluisset sol liq̃fiebat. Nam mãna liq̃dũ colligebak sile cotidiano z ꝓpe ignẽ ponebak z efficiebak duꝝ: deinde triturabak z ex eius farina ꝓficiebak panis. Sic istũ sacr̃m deuoti cordis ignẽ sustinz et feruẽtis amoris. Sed dũ incalescit solhũane vanitatz z curiositatis ita q̃ hõ tm rõni naturali innitik liq̃scit. i. in tali mente nulliꝰ valoris fit q̃ nescit rõne nakali alta mysteria ꝓhendere. Vel aliter dicere possum⁹. Sicut ad calorẽ solis mãna liq̃fiebat: z ad calorẽ ignis indurabak: sic qui amore diuini solis hoc sacramtũ digne sumit/q̃si in eiꝰ ore liq̃fit/ qz saporẽ eius percipit. Sed q̃ igne cupiditatis mũdane vel carnak ꝓcupie succesus fuerit q̃i esset indurati/saporẽ eiꝰ nõ percipit. ¶ Sexta est vsus reseruatiõis. Nã pcepit moyses q̃ nullus fuaret ex eo vsq̃ mane. Vñ ab aliqbus ꝓtra pceptũ dñi in die alter̃ reseruatũ ꝓputrit z ꝑmibus scaturire cepit: sic hũ sacr̃m reseruatũ ad tpalem questũ scaturescit ꝑmiꝫ diabolice simonie. ¶ Septima est gustꝰ saporatõis. Aliq̃ em cũ sũma delectatõe vescebank cibo illo: et vnicuiq̃ sapiebat iuxta suũ desideriũ. Sap. xvj. Paratũ panẽ ō celo ꝓtitisti eis sine labore oẽ delectamentũ in se hñtem z oꝫs saporis suauitatẽ: subam tuã et dulcedinez tuã quã habes in filios oñdebas deseruiens vnicuiuscq̃ volũtati. Ad qd̃ q̃scq̃ volebat ꝙuertebak. Hec ibi. Nonlli ꝙ murmurãtes dicebãt: Alia nostra nauseat sup cibo isto lenissimo. Sic hoc sacr̃m sumẽtibus diuersimode sapit ꝑm diuersas dispositiões q̃s in eis formal vel desideriũ charitatis vel indeuotio malignitatz. O q̃t sẽ obstinati pctores z ꝓsumptuosi q̃ corpus christi sumẽtes nullũ ex eo pcipiunt spũalez gustũ. Alij ꝙ q̃mi habitꝫ ꝓpter fidẽ z deuotionẽ ꝙsolant z recreant: de q̃ si possẽt exẽpla multa narrari: Vnũ tm tm referẽ⁹ qd̃ legit rome ꝓtigisse. Tpe nãq̃ Eugenij q̃rti q̃dam nobil' z spũalis dña deo deuotissima Francisca noie de põcianis singulis diebꝫ festis sacri cõionez reuerẽtissime suscipiebat. sentiebatq̃ delectationez mirabilẽ adeo vt sepiꝰ post cõionẽ p maiꝝ tpis spaciũ raperek in extasim. Quadã ꝙ die dũ in ecclia sctẽ Cecilie trãs tyberim expectaret accipe cõionẽ: sacerdos ille q̃ celebrabat: aut leuitate ductꝰ: aut diabolica tentatõe deuictꝰ: tẽptauit sibi dare hostiã nõ ꝙsecratã. Cũq̃ ori eiꝰ appropinq̃sset: recusauit illã sumere dr. Parcat tibi deus o pat sacerdos q̃ me nõ solũ decipe credidisti/ sedetiã idolatrã facere voluisti Quidꝫ verbis ꝙmorꝰ sacerdos ventã pectꝫr: z pcm postea ꝙfessus: rẽ aliꝫ studuit enarrare.

Tertiũ est mysteriũ venerãde institutiõis. Vbi pcipue notande sunt tres ꝙsideratiões.

¶ Prima est ꝙsideratio modalis.

¶ Scõa est ꝙsideratio localis.

¶ Tertia est ꝙsideratio tpalis.

¶ Prima est cõsideratio modalis vbi sunt tria pncipalia ꝓtẽplandalis obseruatiõis: qz vicz dñs antecꝫ sacramentũ corpis sui institueret voluit observare legales cerimonias comedẽdo agnũ paschalẽ cũ azymis panibꝫ et succo la-

¶ Primũ est mysteriũ le (da mysteria.

ctucaꝝ agrestiū quēadmodū p̄ceptū fue-
rat Exod.xij Illis aūt edētib⁹ ait: Desi-
derio desideraui.i. valde desideraui hoc
pasca māducare vobiscū. In q̄ notat q̄ fer
uentissimū nr̄e salutis desideriuz habuit.
Hoc dr̄ vt se ostēdat volūtarie pati cui⁹
passionē immolatio agni typici p̄signa-
bat. Et vt demōstraret affectū quē habe
bat vt legalia cessarēt: ⁊ euāgelij veritas
curreret. Dicit itaq̄: Desiderio desidera
ui ⁊c. Desiderio inq̄ vr̄e redēptiōis: desi-
derio legalis cessatiōis: ⁊ desiderio noue
institutiōis. In hoc itaq̄ mysterio lega-
lis obseruatōis tria nobis significant̄ ob-
seruāda q̄n dn̄icū corp⁹ sumim⁹ ¶ Prim
est obediētialis obseruatōis ꝓmptitudo:
ꝑ hoc q̄ dn̄s ip̄e legē voluit obseruare.
¶ Scd̄m est spūalis affectōis scitudo: q̄
ꝑ azymos panes intelligit: dz em̄ esse affe
ctio hois azyma.i. sine fermēto siue corru
ptione. ¶ Tertiū est cordialis ꝯpunctiōis
amaritudo: q̄ ꝑ lactucas agrestes ſcatur.
¶ Scd̄m est mysteriū exēplaris humilia
tionis: qz lauit pedes discipuloꝝ. Unde
Joā.xiij. dr̄ Cena facta/ nō qz totalit̄ esset
cōpleta: sed erat facta q̄ ad esum agni/ nō
q̄ ad alios cibos q̄s postea comederunt.
Un̄ dr̄ Jo.xiij. Et cū recubuisset iteꝝ ⁊c.
surrexit ad lauandū pedes discipl'oꝝ. Sic
g̃ dicit euāge. Surgit a cena ⁊ posuit ve-
stimēta sua. Et cū ac.lin.pre.se. deinde mi
sit aquā in pel. ⁊ ce.la.pe.disci.suoꝝ ⁊ exter
sit.lin. q̄ erat p̄cinctus ⁊c. vt hr̄ in euāge.
O q̄d erat videre regē angeloꝝ ⁊ dn̄m ce
li ⁊ terre genuflexū an̄ pedes discipl'oꝝ et
manib⁹ ꝓprijs ꝯtrectantē ⁊ lauantez pe-
des illos sordidos ⁊ lutosos. O summuz
pietatis indiciuz. O mirādum hūilitatis
exemplū. Anſ. O terra cinis adhuc su-
perbia te eleuat: adhuc impatiētia te exa
gitat. Intuere humilitat⁹ ⁊ māsuetudis
speculū: vniuerse facture creatorē: ⁊ tremē
dū iudice viuoꝝ et mortuoꝝ ante pedes
hois etiā traditoris sui genua curuantez.
Disce ab eo qz mitis est et humilis corde
Hec ille. Ex hoc habem⁹ documentū q̄
ad hoc sacr̄m nō est accedendū nisi cū ve-
ra humilitate ⁊ pedū.i. affectionū ablutōe
¶ Tertiū est mysteriū sacramētalis dispē
satiōis. Qm̄ accipiēs panē in sctās ac ve-
nerabiles man⁹ suas eleuatis oculis in ce
lum. vt dr̄ in Cano.bti Pe. vt ꝑ hoc istru
antur q̄ volunt hoc sacr̄m sumere/ dn̄t hr̄e
oc'los mētis in celū eleuatos: ⁊ nō ad in-
feriora depssos: dicēte Ps. Oculi mei sēp
ad dn̄m. gr̄as agens. vt hr̄ etiā.j. Coꝝ.xj.
vt doceret sumētes hoc sacr̄m eē debere
deo gratos siue gr̄as agere de tāto bn̄fi-
cio. bn̄dixit ⁊ ꝯsecrauit.i. trāssubstātiauit
in corpus suū ⁊ liberalissime distribuit di
scipulis suis di. Accipite ⁊ māducate: vt
hr̄.j. Coꝝ.xj. Ex q̄ accipit̄ documētū q̄ h̄
sacr̄m est liberalissime cōicanduz ⁊ mini-
strandū: dicēte dn̄o Mat.x. Gratis acce-
pistis: gratis date. Nā simonia in h̄ sacr̄o
tāto detestabilior est q̄nto est excellētius
donū dei. In hac aūt sacramētali cōicatio
ne corpis sui on̄dit dn̄s suā incōprehensi-
bilē potentiā in trāssubstantiatiōe. Aug.
Diuine potētie cūcta eq̄liter subiacēt. Itē
suā āmirabilem sapiaz in corpis sui occul
tatione: qz.s. corp⁹ suū sic occultat sub spe
cie panis vt sic mō quodā non carnali sed
spūali māducetur. Ps. q̄ magnificata sūt
opa tue dn̄e: oia in sapia fecisti. Itē osten
dit suā inextimabilē clemētiā seu misc'diā
in tāliberali suiip̄ius datōe. Ps. q̄ magna
multitudo dulcedinis tue dne quā abscō-
disti.i. abscōdite tribuisti i hoc sacr̄o timē
tibus te. Uide bn̄ liberalitat⁹ amplitudi
nē. Nec em̄ solūmō corp⁹ suū dedit eis: sz
⁊ ptātem ꝯficiēdi ⁊ cōsecrādi faciēdo eos
sacerdotes: et potestatē etiā alijs dispen-
sandi. Un̄ dixit eis: Hoc facite in meam
cōmemorationē. vt hr̄ Lu.xxij. Et quēad
modū fecit in sui corpis ꝯsecratiōe ⁊ cōi-
catione: sic ⁊ in consecratiōe sanguinis ei⁹
ex vino et eius cōicatiōe. ¶ Circa predi-
cta pn̄t tria q̄ri. ¶ Primo vtꝝ ip̄e chr̄s in
cena sumpserit ꝓpriū corp⁹ ⁊ sanguinem
Rn̄detur. Uidet̄ q̄ sic: vt dr̄ Tho.in.iij.
par. ⁊ in.iiij.sen. Un̄ Hieron. Dn̄s iesus
ip̄e cōuiua ⁊ ꝯuiuiū: ip̄e comedēs ⁊ q̄ co-
medit̄. Sicut g̃ prius baptizari voluit q̄
alijs baptismū imponeret: lz baptismo nō
indigeret ⁊ alia q̄ alijs obſuanda instituit
ip̄e p̄mitus obſuauit: ſm illd̄ Act.j. Co-
pit iesus facere ⁊ docere. Ita ip̄e p̄mo cor
pus ⁊ sanguinē sumpsit q̄ traderet disci-
pulis: nō ꝓpter indigentiā: sed gr̄a exēpli.
O vere mirabile ꝯuiuiū. Un̄ quidā me-
trice sic dr̄. Rex sedet in cena turba cinct⁹

uodena. Se tenet in manib⁹: se cibat ipe cib⁹. Lz aũt ex hac sumptiõe nõ fuerit augmẽtata gr̃a chr̃i: inde tñ hũt q̃ndã spũalem delectationẽ actualẽ ex noua institutione hui⁹ sacr̃i. Nã vt ỏt Sapiẽs. Desiderĩ si ꝓpleat delectat aiam. Ipe aũt docebat (Luc. xxij.) Desiderio desideraui hoc pascha mãducare vobiscũ zc. Qõ exponẽs Eusebi⁹: de nouo mysterio hui⁹ noui sacramẽti. ¶ Scõo q̃rit: Utr̃ iude ꝑditori dederit corp⁹ suũ: Rñsio. Sicut ỏt Thomas vbi s. Hilari⁹ sup Matth. posuit q̃ chr̃s iude corp⁹ suũ nõ dedit: z hoc ꝙueniens fuit ꝙsiderata malicia Jude. Sedq̃ chr̃s nobis esse debuit exemplũ iusticie ñ ꝙueniebat ei⁹ magisterio vt iudam peccatorẽ occultũ sine accusatiõe et euidẽti probatione ab alioꝝ cõtione separet: ne p hoc darer exemplũ ꝓlatis eccl̃ie silia faciẽdi z inde iudas exasperat⁹ sumeret occasionẽ z peccãdi. Et iõo dõm est q̃ iudas cibalis corp⁹ z sanguinẽ dñi suscepit: vt ỏt Dion̄. lib. eccl̃iastice hierar. z Aug⁹. sup Joãnẽ Hec Tho. Scõz aũt Alex. in. iiij. par. sũ. in trac. de eucharistia: hoc factũ est a dño triplici rõne. ¶ Primo rõne diuine sapie: vt sic oẽs ĩstrueret inimicz̃ bñfacere. Matthei. v. Bñfacite his q̃ oderũt vos: Preterea p hoc instruxit dispẽsatores huius sacr̃i q̃ pcõrib⁹ occultis in sil̃i casu deberent hoc sacr̃m ꝙferre. ¶ Scõo rõe diuine miscõie: vt vicz sic ipm reuocaret a malo. Ille em̃ miser ex ꝙsideratiõe tãte bonitatis z dulcedinis chr̃i q̃ corp⁹ suũ ei dedit: a malo ꝓposito debuit reuocari: z ꝙsequẽter virtute tãti sacr̃i meliorari. Sed miser ille sibi auxit pctm̃ vnde sibi debuit auxilium meritũ: vt dicit Chrys. sup Matt. q̃m neq̃ a bñficio neq̃ ab honore neq̃ a timore factus est potior: sed peior. ¶ Tertio ratione diuine iusticie. q: ex q̃ tanto bñficio noluit a ꝙcepta malicia cessare: iõo iusto dei iudicio punitus est lapsu grauioz̃ culpe. s. desperatiõis. Juxta illud Apoc. vlt. Qui in sordib⁹ est sordescat adhuc. Ut ei dicit glo. q̃daz ad Ro. j. Strictissimo dei iudicio fit vt peccata pctis puniãt. ¶ Tertio q̃rit Utr̃ chr̃s dederit tũc discipulis suis corp⁹ suũ passibile vel impassibile: Rñsio. Sicut ỏt Tho. vbi s. Manifestissimũ est q̃ idẽ verũ corpus chr̃i erat quod tũc a discipl̃is in ꝓpria specie videbat z in specie sacr̃i sumebat. Nõ aũt erat impassibile fm q̃ in ꝓpria spẽ videbat: imo passibile paratũ. Jdeo nec ipm corp⁹ qõ in spẽ sacramẽti sumebat impassibile erat. Impassibili tñ mõ erat sub specie sacr̃i: Passio em̃ reqrit ꝓtactũ corporis qõ patit ad id quod agit. Corp⁹ aũt chr̃i vt est sub sacro nõ cõparatur ad ea q̃ circũstant mediãtib⁹ ꝓprijs dimẽsionib⁹ q̃b⁹ corpa se tãgunt: sed mediãtib⁹ dimẽsionib⁹ panis et vini: iõo species ille sunt q̃ patiunt z videnť: nõ aũt ipm corp⁹ chr̃i. Hec Tho. Ex his ĝ seq̃t q̃ nũc sum ik a fidelib⁹ in hoc sacro passibile: nũc aũt gl̃iosum: immortale: z impassibile.

¶ Scõa est consideratio localis: Ubi ꝙsiderandũ est q̃ hoc sacr̃m institutũ est in hierl̃m: in monte sion: z in cenaculo grandi strato: p que ꝙcauk tres dispositiões anie recipienti hoc sacramẽtũ necessarie. ¶ Prima est q̃ debet recipi in ꝙscientia pacificata: q̃ p hierl̃m significatur: quia hierl̃m visio pacis interpr̃at. ps̃. Jn pace factus est locus eius. ¶ Scõa est q̃ debet recipi in ꝙscia p ꝙtemplationem eleuata: q̃ intelligit̃ p montẽ sion. sion interpr̃at speculas siue speculatio. ps̃. Habitatio eius in sion. Jdẽ. Qm̃ elegit dñs sion elegit eam in habitatiõẽ sibi ¶ Tertia est q̃ debet recipi in ꝙscia deuotiõe sancta z ỹrtutib⁹ ornata: q̃ p cenaculũ stratũz intelligit̃. Erat aũt illõ cenaculũ grande quia ꝙscientia recipiẽtis hoc sacr̃m debet esse dilatata p charitatẽ q̃ est excellẽtissima virtutũ. Aug⁹ in quodã ser. Habitaculum cordis nostri euacuek vicijs: z virtutib⁹ repleak. Ꝺ cãtat eccl̃ia. Adorna thalamũ tuũ sion et suscipe regem chr̃m.

¶ Tertia est consideratõ tẽporalis. Ubi ꝙsiderandũ q̃ hoc sacr̃m ꝙuenienter institutũ est in lege euãgelica q̃ est lex amoris z tẽpore vicino passioi chr̃i Cui⁹ assignari põt fm doctores triplex ꝓpria rõ. ¶ Prima est ratio corporalis subtractionis. Hãc rõem ponit Eusebi⁹ di. Quia corpus assumptũ ablaturus erat ab oculis: illatur⁹ sideribꝰ: nẽe erat vt i dse cene sacr̃z corpis z sãguis sui ꝙsecrarz vt co

leretur iugiter ꝑ mysteriū qđ semel offe-
rebat in preciū. Scđa ē rō legalis ter-
minationis: qꝛ em̄ vet⁹ sacrificiū in passio
nē terminādū erat Jđo tūc tpis ꝯueniēs
erat nouū inchoare ⁊ nō añ: qꝛ ñ erat ꝯue
niēs vmbrā ⁊ ꝟitatē simul currere. Beda
Finitis veteris pasce solēnijs q̄ in cōme-
moratōe antiq̄ liberatiōis de egypto age-
bant̄ transit ad nouū qđ in sue redēptio-
nis memoriā ecclesia frequētare deside-
rat: ꝑ carne ⁊ sanguine agni sue carnis ⁊
sanguis sacr̄m in panis ⁊ vini figura sub
stituens sacerdos in eternū factus ꝑm or-
dinē melchisedech. Tertia est rō spūa
lis instructōis q̄ est p̄cipue triplex. Pri
ma ē istructio firmioris recordatōis .i. dñi
ce passiōis. Jō em̄ iminēte passiōe institu
tū est vt magis hoc signo infigeret fideliū
cordib⁹ ꝓxime factā passionē. Añ passio-
nē ḡ institutū fuit nō ad celebrandū tūc sꝫ
postea vt esset signū rememoratiuū passio
nis. Vñ di. Lu. xxij. Hoc facite in meā cō
memorationē. Scđa est instructio am
plioris deuotiōis: scꝫ habēde circa hoc sa-
cramentū qđ in vltimo recessu suo dñs di
scipulis tradidit. Aug⁹. lib. de rñsioñ ad
ianuariū. Saluator vt vehemētius cōme
daret mysterij hui⁹ altitudinē: vltimū h̄
voluit infigere cordib⁹ ⁊ memorie discipu
loꝝ a quib⁹ ad passionē discessurus erat.
Hec ille. Sicut ḡ p̄cepit dñs filijs israel
tūc p̄mo agnū paschalē māducare qñ de
cessuit eos de captiuitate egyptiaca libera
re: ita chr̄s sacramētū eucharistie tūc pri-
mo instituit qñ voluit nos de diabolica
ptāte eripere. Tertia est instructio fer
uētioris dilectōis quā scꝫ dñs ad nos ha
buit ⁊ quā ad eū habere debem⁹. institu-
tū est em̄ hoc sacramētū in signū euiden-
tissimū amoris dulcissimi quā dñs habe
bat ad genus humanū. Et vide bene hūc
amorē. Nō em̄ solū voluit dare nobis sua
.i. obseq̄a .i. oim creaturaꝝ: ⁊ suos .i. ange
los in adiutoriū: sed etiā seip̄m dare vo-
luit. Nō em̄ ꝯtentus eē poterat amor ille
dulcissimus q̄ nos diligit nisi seip̄m daret
Seip̄m ḡ dedit i filiū ꝑ carnis assumptio
nē. Esa. ix. Fili⁹ dat⁹ est nobis. Dedit se
in sociū ꝑ ꝯformationē. Phil. ij. Habitu
inuētus vt hō. Dedit se in magistrū ꝑ do
ctrine p̄dicationē. Jo. xiij. Vos vocatis
me magr̄ ⁊ dñe ⁊ bñ dicitis suꝫ eteni. De
dit se in ducē ꝑ exēpli operationē. Jo. xiij.
Exēplū dedi vobis: vt quēadmoduꝫ ego
feci ita ⁊ vos faciatis. Dedit se in patrem
ꝑ gr̄e regenerationē. Jo. j. Quotq̄t aūt re
ceperūt eū dedit eis ptātem filios dei fie-
ri his q̄ credūt in noīe ei⁹. Dedit se in ho
locaustū medullatū ⁊ redēptōis nr̄e p̄ciū
ꝑ suā passionē. Dedit etiā seip̄m in cibum
ad spūalē refectionē: ⁊ tandē dat seip̄m in
celeste p̄miū ad nr̄am gl̄ificationeꝫ. Vñ
cātat ecclesia. Se nascēs dedit sociū: con-
uescēs in eduliū: se moriēs in preciū: se re-
gnās dat in p̄miū. O iflāmata charitas
iesu chr̄i. O ardētissim⁹ amor clemētissi-
mi cordis sui. Supabūdanter ꝓfecto no-
bis oñdit q̄ntū nos dilexit. Et qm̄ istud
est sacramētū amoris ꝓpterea institutū ē
quādo amor ei⁹ bulliebat atq̄ fremebat.
Jo. xiij. Cū dilexisset suos q̄ erāt in mun-
do: in finē dilexit eos .i. ꝑm glo. maiora si-
gna dilectiōis ostendit.

q Uartū ē mysteriū admirāde signi
ficatōis. Sacramentū ꝓppe dr̄ sa-
cre rei signū. quodlibet ei sacramē
tū inq̄ntū sacramētū: aliquā rē sacrā signi
ficat. Hoc aūt sacramētū tres hꝫ significa
tiōes p̄cellentes pura cordis deuotiōe se-
pius cōtemplandas.

Prima: ē sig̃tio remēoratiua.
Scđa: ē significatio repñtatiua.
Tertia: est sig̃tio p̄figuratiua.

Prima igitur est signi-
ficatio rememoratiua scꝫ respectu rei pre
terite scꝫ oim mysterioꝝ q̄ ꝑ nob fecit de⁹
in carne hūana scꝫ incarnatiōis: natiuita-
tis: ⁊c. sp̄aliter passiōis ⁊ mortis eius. ps.
Mēoriā fecit mirabiliū suoꝝ misericors
⁊ miserator dñs: escā dedit timētib⁹ se. Et
qꝛ chr̄i passio veꝝ fuit sacrificiū deo acce-
ptissimū. Jō ꝓpt̄ hāc sig̃tiōeꝫ h̄ sacr̄m dr̄
sacrificiū. Jdcirco dñs istituēs h̄ sacr̄ꝫ dr̄
Lu. xxij. h̄ facite i meā cōmēorationē. i. in
mee passiōis recordationē. Et h̄ apl̄s ex
ponit. j. Coꝝ. xj. d. Quotiēscūq̄ māduca
bitꝫ panē hūc ⁊ calicē bibetꝫ mortē dñi an
nūciabitꝫ donec veniat. s. ipe dñs ad iudi-
ciū. Cōsideratio affectiua hui⁹ sig̃tionis
hꝫ p̄cipue tres fruct⁹ dignissimos siue vti
litates i nob. Primo em̄ ē inflāmatiua

dine dilectõis qz videlz redemit nos in me
moriã illius amoris excellẽtissimi quẽ ad
nos habuit dñs noster ihc̃s q̃ p nob incarnat⁹ ẽ: mat⁹
circũcisus: passus: sepult⁹: z ad celos ascẽ
dit. Et vide hñ amorẽ dei erga nos sic̃ di
ctũ ẽi fine p̃cedẽtis mysteriũ. j. Jo. iiij. In hoc
apparuit charitas dei in nob qm filiũ suum
vnigenitũ misit deus in mũdũ vt viuam⁹
p eũ. In hoc est charitas nõ q̃si nos dilexeri
mus deũ: sz qm ipe prior dilexit nos z mi
sit filiũ suũ ꝓpitiatorẽ p pctis nr̃is. Nota
hñ q̃ mirã nob oñdit dñs amoris dulce
dinẽ. De h vide ſmone de sctã cruce par
te. ij. ar. iij. Scõo ẽ hortatio grãrum actõ
nis. Hiero. Jõ saluator hoc sacr̃m tradidit
vt sp cõmemoremur qz ipe p nob mortu⁹ ẽ:
ne sim⁹ ingrati tãtis bñficijs. j. Cor. vj.
Empti em estis pcio magno: io maximas
debem⁹ gras redemptori nr̃o. Tertio
ẽ inductiua interne ꝓuctõis: hoc aũt sacr̃m
p hãc p̃mã sui significationẽ reducit nob in me
moriã q christus p pctis nr̃is mortu⁹ ẽ: ꝓpt
q̃ ꝓuenit multũ atq; dolere debem⁹ ꝓsi
derates pctã nr̃a fuisse cãm mortis dñi. j.
Pe. iij. Cõis p pctis nr̃is mortu⁹ ẽ: iust⁹
p iniustis rc̃.

Secũda est significatio

repñtatiua. Et hec respectu rei p̃nt̃is scz ec
clesiastice vnitatis: z rõe hui⁹ dr̃ cõio qz p
ipm cõicamus z vnimur christo. Cõsidera
tio hui⁹ sigtõis hz in nob tres fructus salu
berrimos ingntũ oñdit triplicẽ debere eẽ
vnit. rẽ inter oẽs veros catholicos.

Primo vnitatẽ mẽbrorũ in vno capite.
Scõo vnitatẽ filiorũ in vno pr̃e.
Tertio vnitatẽ amicorũ i vna charitate
Primo igit oñdit q̃ inter nos dz eẽ vnitas
mẽbrorũ i vno capite. Cõuocatio em̃ oim
fidelium q̃ eccl̃a dr̃ ẽ corp⁹ christi mysticũ cui⁹
caput ẽ ipe christus. Eph. j. Jpm ẽdit caput
sup oẽm eccl̃iaz q̃ ẽ corp⁹ ipi⁹. Et euidẽ
tissime sigt̃ p hoc sacr̃m in q̃ oẽs christifideles
recipiũt vnũ z idẽ vez christi corp⁹. Rho.
xij. Sic in vno corpe multa mẽbra hem⁹
oia aũt mẽbra nõ eũdẽ actũ hñt: ita multi
vnũ corp⁹ sum⁹ in christo. rc̃. Vñ ptz q̃ntã
iniuriã faciũt huic sacro q̃ accedũt ad ipz
hñtes odia z dissensiones siue discordias
cũ alijs: ꝺicũt em̃ hoc sacr̃i hui⁹ sacri q̃ ẽ
sacr̃m charitatis z vnitatis. j. Cor. x. Vn⁹
panis z vnũ corp⁹ mlti sum⁹: omnes q̃ de
vno pane z de vno calice ptícipam⁹. Vbi
nota sup hoc q̃ dr̃ vn⁹ panis: q vn⁹ panis
materialit fit ex plibꝰ granis puluerizatis p
aq̃ admixtionẽ z ignis decoctionẽ. Sic
spũaliter vt sim⁹ vn⁹ panis. Primo necessa
ria ẽ puluerizatio humilitatis: vt scilicz vnus
quisq; seipsum humiliter puluerẽ se eẽ cogi
tando z seipm puluerizando z molẽdo. nõ
em̃ pot superbus aut rebellis alijs bñ ꝓuue
re. Scõo hũectatio benignitatis: p quam
vnusq; hoies dũ sibi inuicẽ ꝓplacere volũt.
Tertio ẽcoctio charitatis: aq̃ q̃ppe farine
mixta nisi fieret decoctio dispẽeret ad cor
rũptionẽ: sic z benivolentia mutua nisi sit
decocta charitatis igne traheret ad pecca
ti corruptionẽ z ruinã si vicz alicũs alijs in
oib cõplaceret p amorẽ naturalẽ nõ re
gulatã vera charitate q̃ ad animar̃ salutẽ
tẽdit: z p quã sum⁹ inuicẽ benivoli scõm
q̃ aiar̃ saluti ꝓgruit. Oportet g̃ q̃ fiat de
coctio p charitatẽ z sic trim⁹ vn⁹ panis.

Scõo oñdit p̃dicta fcatio hui⁹ sacr̃i q̃
int̃ nos eẽ dz vnitas filiorũ i vno pr̃e. Jo. j
Quotq̃t aũt receperũt eũ dedit eis pr̃atẽ
filios dei fieri. Tertio vnitas amicorũ
in vna charitate. Jõ post institutionem
hui⁹ sacr̃i dr̃ dñs discipulis suis. Mãda
tũ nouũ do vob vt diligatis inuicẽ sic̃ dile
xi vos. In hoc cognoscent q̃ discipuli mei
est̃ si dilectionẽ habuerit̃ adinuicẽ. Hãc
aũt triplicẽ vnitatẽ p̃dictã post institutio
nẽ hui⁹ sacr̃i petebat dñs orãs ad pr̃em z
di. Jo. xvij. Ego non rogo eis rogo ꝓs quos dedisti mi
hi. rc̃. Pr̃ sctẽ seruã eos q̃s dedisti mihi vt
sint vnũ sic̃ z nos rc̃. seq̃r. Non p eis rogo
tãtũ sed z p eis q̃ credituri sũt p vbũ doc
in me: vt oẽs vnũ sint: sicut tu pr̃ in me et
ego in te: vt z ipsi in nob vnũ sint: vt mun
dus credat q̃ tu me misisti: z ego claritã
tẽ quã dedisti mihi dedi eis vt sint vnũ sic̃
z nos vnũ sum⁹. Hec ibi.

Tertia est significatio

p̃figuratiua. s. respectu rei future. scz dine
fruitõis q̃ erit in patria: z ratiõe hui⁹ dici
tur viaticũ qz ẽ cibus viatorũ illuc tenden
tiũ. Vñ cantat ecclesia. Ecce panis ange
lorũ factus cibus viatorũ. Dicit etiã eu
charistia. i. bona gratia: quia Rhom. vj.
Gratia dei vita eterna. In greco etiã di

citur metalipsis i. assūptio vel transsum-
ptio: qꝛ ꝑ h̄ (vt ꝺt Damascen⁹) vnitatē fi-
lij dei assumim⁹: siue in ei⁹ vnitatē trans-
sumimur. Cōsideratio aūt hui⁹ significa-
tōis triplicē habet fructū in nobis. ¶ Pri-
mo em̄ ē inductiua speratiue affectionis.
Vn̄ dr̄ h̄ sacr̄m pign⁹ eterne hereditatꝫ
vide dei bonitatē. Cū dn̄s ꝑ suā passionē
nob adq̄sierit hereditatē celestē qꝛ q̄dīu
viatores sum⁹ eā actu hr̄e nō possum⁹ in
re sed tātū in spe. Jō nob h̄ sacr̄m reliq̄t i
pign⁹. Nihil em̄ mai⁹: nihil chari⁹: nihil
p̄ciosi⁹ aut digni⁹: nihil dulci⁹ aut vtili⁹
relinq̄re poterat i pign⁹ q̄ seip̄m. Hiero.
Hāc vltimā mēoriā nob reliq̄t quēadmo-
dū siq̄s ꝑegre ꝓficiscēs aliq̄d pign⁹ ei quē
diligit relinq̄t vt q̄tiēscūq̄ illō viderit pos-
sit ꝛ ei⁹ bn̄ficia ꝛ amicicias mēorari quez
si ille ꝑfecte dilexerit n̄ sine igēti ꝺsiderio
poterit illud videre. Hec ille. ¶ Scd̄o ē
inductiua affectiue incitatōis. s. vt festine
mus ad deū ꝯuerti ꝛ ad ip̄m clare viden-
dū ꝑtingere. Heb. iiij. Festinem⁹ ingredi
in illā requiē. ¶ Tertio ē inductiua inci-
tatiue p̄gustatōis. Jō ꝺt Bern̄. O glorio
sa ꝛ amabilis spōsa: spōsum habes in ter
ra sub sacr̄o: sed in celis habitat sine vela-
mēto. Hic reuera q̄si dulce p̄ludiū ꝛ iocū
da despōsatio. Jbi nuptiale ꝯuiuiū ꝛ bea
ta fiet ꝯiunctio. s. cū de fide ad sp̄em: de
sp̄e ad rem: de mensa ad mēsā: de sabbato
ad sabbatū fiet trāsmigratio. Tūc em̄ vi
debit̄ ip̄e iesus q̄ dulcis ē in facie: dulcꝫ in
ope: dulcis in noīe. Hec ille. Tangūt̄ autē
tres sup̄dicte sig̃tōes in trib⁹ or̄onib⁹ siue
collectis que dn̄r in missa de eucharistia.
Pr̄ia in p̄ma: scd̄a in scd̄a: t̄tia in t̄tia: vt
vt clare ptz intuēti. Jtē etiā tangūt̄ i illa
antiphona quā cātat eccl̄ia. O sacrū ꝯui-
uiū in q̄ chr̄s sumit̄: recolit̄ mēoria passio
nis ei⁹: ecce p̄ma signatio: mēs iplet̄ gr̄a:
ecce sig̃tōz scd̄am: qꝛ ꝑ gr̄az siue charitatē
fit vnitas mēbroꝝ eccl̄ie: ꝛ future gl̄e nob
pign⁹ dat̄: ecce tertia signatio. Cū itaq̄ re
cipies aut adorabꝫ chr̄i corp⁹ i h̄ sacr̄o q̄n
ta poteris deuotōe: tres p̄dictas signatio
nes considera vt inde fructus salubres va
leas reportare.

Quintū est mysteriū ordināde rece-
ptionis vbi p̄mo notandus est s̄m
theologos triplex modus recipiendi cor-
pus chr̄i. ¶ Prim⁹ mod⁹ ē sacralis tātū q̄
ꝯuenit his q̄ h̄ sacr̄m ꝛ si credētes accipiūt
nō tn̄ sūt in charitate qꝛ talis nō recipit ef
fectū sp̄ualē hui⁹ sacr̄i sꝫ in dānationē suā
sumit vt postea dante ꝺo dicturi sumus.
¶ Scd̄s mod⁹ ē sp̄ualis tantū q̄ cōuenit
oib⁹ iustis q̄ deuotionē ꝛ affectionē habēt
ad h̄ sacr̄m ꝛ ad chr̄i passionē ꝑ ipsum rep̄
sentatam q̄uis h̄ sacr̄m actu nō accipiāt
Aug⁹. li. de remedio pnie. ꝛ hr̄ de ꝯse. dis.
ij. Crede ꝛ māducasti. Credere em̄ in eū
hoc ē panē viuū māducare. Qui credit in
eū māducat eū. Hec ille. Sic āt ꝺt Bo.
in. iiij. Manducare hoc sacr̄m sp̄ual̄r ē re
cogitare ꝛ refici circa chr̄i passionē q̄ fuit
in corp̄is ei⁹ mltiplici afflictiōe ꝛ sangui-
nis effusiōe. Jn q̄ manifestat̄ imensa dei
charitas ꝛ in hoc aīa ꝑfecte reficit̄ ꝛ dele
ctat̄. ¶ Terti⁹ mod⁹ ē sacramētal̄ ꝛ sp̄ua
¶ Tertia fuit ptās mirabil'r ꝛsūmatiua. Per hāc em̄ tā mirabilē potentiā fginī da tā in filij dei ꝛceptione mirabil'r opata est fgo btā in tot⁹ nature create ꝛsūmatiōez pfectiōe. In mundi em̄ ꝓncipio lz deus ni hil impfectū reliq̄rit in natura Juxta illud Deu. xxxij. dei pfecta sūt opa: tñ vltime p fectionis ꝛsūmatio vsq̄ ad ptū fginis est dilata: z in ipa sola fgine z p ipam ꝛsūma ta. Sic em̄ voluit de⁹ mrez suā honorare i oim suop⁹ op⁹ ꝛsūmatiōe. Dia qđpe en/tia vnū ens nobilissimū in suo gñe appete/bāt. viuētia vnū nobilissimū viuēs/ sētiētia vnū nobilissimū sentiēs: nascētia vnū opti mū nascibile: rōnalia singularissimū rōna le: spūalia excellentissimū spūale. Decuit g̃ diuina pudētia vnā femīnā sup oēs bñdi/ctā q̄ vnico suo ptu oib⁹ generib⁹ rep⁹ vlti/mā sūmāq̄ pfectionē adduxit Quia qđ qđ est nobilitat̄ bonitat̄ z excellentie tā i di maiestate q̄ in creatur̄: totū diffusum est mūdo p fginē in gnatiōe filij dei q⁹ genu/it deū z hoiem. Hec est g̃ qnta stella vicz singular̄ gl'ia q̄ mirabil'r adornat z gl'ifi/cat ꝓpter illud supnaturale sibi singulariter collatū donū ꝛceptiue ptāt̄. ¶ Sexta stel la ē gl'ia deificatiue maternitatis vicz illa singularissima gl'ia quā habet ex eo q⁹ ipa est vere mater dei. Dam. c. xxviij. Dei ge/nitricē vere sanctā mariā p̄dicamus. Sic ei vere de⁹ ex ipa genit⁹ ē: ita ipa vere dei genitrix dr. Deū em̄ aim⁹ ex ipa genitum esse nō vt deitate fbi ꝓncipiū essendi acci/piente ex ipa sz dei fbo ex ipa incarnato z genito. Non em̄ hoiez nudū btā fgo sz De um vez/nō nudū sz incarnatū/ vbi videt vicere q⁹ genuit suppositū. genuit aūt illud suppositū nō fm naturā diuinā sz hūanaz. Hinc etiā eccl'ia inuocat eā di. Aue maris stella: dei mr̄ alma. Jtē in psa hoō. O dei nr̄i genitrix pia suscipe nr̄a hec die p̄cata i q̄ es assumpt⁹ ad celi claustra. Jtē in an/tiphona Btā dei genitrix maria fgo ppe tua z̄c. Et hec ē supadmirabilis ei⁹ digni tas et gl'ia hūs infinitatem q̄ndā ex parte termini maternitat̄ q⁹ sez est mr̄ dei. Non potuit qđpe dūs pl⁹ honorare Mariā aut ei dignitatē excellentiorē cōferre q̄ in h̄ q⁹ eā fecit mrez suā Jō sup tāto mysterio ad/mirans Origē. in qdā omel. dicit. Mak el⁹. Cuius eius? Mater vnigeniti dei dñi z regis oim plasmatoris z creatoris cun/ctor̄. illi⁹ q̄ in excelsis sine mre: z in terra ē sine p̄re. Jpius q̄ in celis fm deitatē i sinu est p̄is: z in terris fm corp̄is susceptionē i sinu est mr̄is. O magne admirationis gr̄a O ienarrabilis suauitas. O ineffabile ma nūq̄ sacr̄m. Jpa eadē vir go/ipa z mr̄ dñi ipa dei genitrix/ipa eius ancilla. Plasma tio ei⁹ ipa quē genuit. Hec ille. Hinc est etiā q⁹ Ecci. xxiij. de seipa dicit. Ego mak .s. singulari mō q⁹ mr̄ z fgo: mr̄ eius cui⁹ est filia/mr̄ intacta/mr̄ purissima/mr̄ pul/cre dilectionis/timoris/magnitudis/ z sā cte spei. In me ois gr̄a z̄c. O q̄ dulce vo/cabulū mr̄ dei. Et h̄ pfecto virgini gloria se inf̄ cetera vocabula ē gratissimū z super oia honorabilissimū. q⁹ in h̄ breuiter exp̄i mit incomphensibilis excellētia sue digni/tatis laudis honor̄is z gl'ie. O q̄ fructuo/sum est hoc fbū? nobis oib⁹ ad allegādū. Jō in aduersitatib⁹ in angustijs: in pigul: in oi tribulatione ad hanc tante dignitat̄ mrez hūiliter recurram⁹ ad pedes ei⁹ nos/metipos cū oi reuerentia pternam⁹. quia hec est mr̄ regis eterni. Sunt aūt in hac maternitate tres singl'ares p̄rogatiue.

Pria q⁹ ē maternitas q̄ ꝛcepit z pepit cuz pudoris fginalis ꝛsecratiōe vt dictū est i scā stella. ¶ Scā est q⁹ gestauit z pepit cū dolor̄ corp̄alis exclusiōe Fuit ei sine gra uamine grauida: z sine dolore puerpera Aug. Precisū ē i ea illud eue ifelicitat̄ elo

gliū de q̄ ōr. Jn tristicia pariēs filios. qz in letitia dñm pturiuit Eua ei luxit: ista exultauit. Eua lachrymas maria gaudiū ivēntre portauit: q illa petōrē/ista edidit innocētē. Hec ille. ¶ Tertia p̄rogatiua sue maternitatis est quia concepit z gestauit z peperit eum honoris diuinalis adeptione. Jn hoc enim adepta est quendaz honorē diuinū qz ꝛcepit z gestauit in vtero z peperit filiū dei. qz p h̄ appellak mr̄ dei. Hec est igit sexta stella vicz singlarissima glia deificatiue maternitatiz. ¶ Septima stella ē glia decoratiue dignitatiz. vicz illa singulariz glia quā hz ex eo q tota ecclia singlariter z excellentissime ex munere huius ꝑginis decorak z ornak. Dedit em̄ toti ecclie militanti singularissimū z excellentissimū ornamentū vicz illud venerabilissimū z nobilissimū corpis dñi sacrm. Nam de carne ꝑginis sumpta ē illa chr̄i caro que in sacramēto eucharistie fidelibus dak. Nā vt dicit Dam̄. li. iij. Caro chr̄i sumpta ē ex purissimis z castissimis sanguinibus ꝑgis marie Jn quā q dē carnē p̄mo z directe fit transmutatio substātie panis in eucharistie sacramēto: nō in aiaz aut diuitatē: cuius sint ibi p ꝛcomitantiā. Hāc aūt carnē ex ꝑgie sumptā ita excellent honorauit dei filius q mūcz etiā in triduo mortiz fuerit non vnita deitati. vt sic q̄ndā nobilitatiz ifinitatē hāc videak. Contemplemur q cz reuerent z deuote huic sacratissime mr̄i fuire debem⁹ q nobis ptulit: nob ꝑprio lacte nutriuit p̄ciuz nr̄e salutiz z cibum nr̄e spūalis refectionis. Propter qō etiā nō incōgrue appellak tot⁹ ecclie mr̄. Hec ē igit septia stella. vicz illa glia singulariz qua hz i ecclia triūphāti ex eo q tā p̄ciosū decoramentū ꝛtulit ecclesie militāti. Hec est q̄ glia decoratiue dignitatiz. ¶ Octaua stella ē glia retributiue sedulitatiz. vicz glia quā hz z q̄ singulariter gloriak ex eo q ipsa sedulez diligēter deo retribuit p his q̄ deus dederat huano generi. Pl⁹ q̄ppe ipa būdicta ꝑgo cz ipse de⁹ hoi ōderit i p̄ncipio Jndulgebit spero de⁹ nec ei displicebit si nūc p ꝑgine dulcissima logr. Prio em̄ de⁹ fecit hoiem de limo terre. sz bta ꝑgo formauit corp⁹ dñi ex purissimis sanguib⁹ z ꝑpria substantia q̄ oib⁹ reb⁹ mūdi ꝑualet z nobilior ē. Scdo de⁹ vestiuit hoiez pellicea veste: sz virgo dñm inuoluit pānis: z ꝓcessu tp̄is tunica incōsutili vestiuit. Tertio nutriuit de⁹ hoiez fructib⁹ paradisi terrestriz: sz ꝑgo chr̄m ꝑprio lacte nutriuit. de q̄ cantat ecclia. Jpm regez ā gelos sola ꝑgo lactabat vbere ō celo pleno. cui⁹ minima gutta ꝑualuit fructib⁹ oibus paradisi. ¶ Nona stella ē glia dñatiue regalitatiz. vicz illa glia quā hz ex sublimi illa auctoritate regal dñationis q̄ sibi cōpetit inq̄ntū ē mr̄ sumi regis. ex eo em̄ ōr dna gnalis z regina tot⁹ mūdi cui oēs creature tenenk famulari tā corpales cz etiā spūales. Vñ z ipe dei filius volēs q̄dāmō ꝓncipatui paterno etiā maternū eq̄parare hic in terriz erat illi subdit⁹. Luc. ij. vt suo exēplo z iperio oēm creaturā tā corpalem cz spūalē mr̄i subiceret. Nā z fm leges q̄ bus i q̄busdā locis regik mund⁹ ex iure ꝛceptionis filij dei mr̄i incūbebat totū illū ꝓcurare z admistrare qō ex tūc filio suo datū ē. Cuiz ad eratē legitimā filij. Dūiz aūt tot⁹ mūdi datū ē ipi chr̄o a ꝛceptione sua etiā q̄ ad suā humanitatē sue ingtū bō. q̄ ad auctoritatē q̄dē dñq: sz nō q̄ad executionē nisi i resurrectiōe sua. Vñ tūc ōr mar. vl. Data ē mihi oīs ptās i ce. z i ter. Jōo etiā ipa ꝑgo brā in ꝛceptiōe filij dei facta est dña gnalis z regina tot⁹ mūdi. Admistrationē tū z executionem dñij omisit. Primo quia puella. Scdo quia ꝑgo verecūda. Tertio qz pauscula. Quarto quia cure filij erat totaliter dedicata. Quinto qz ñ credebak mr̄ dei nec recipiebak vt orbis regina. sic z fil⁹ ei⁹ nō ē agnit⁹ vt de⁹ nec orbis rex ꝛc. Jo. j. Mund⁹ p ipm fact⁹ ē: et mūd⁹ eū ñ cog. Jnppave. z sui eū ñ rece. ꝛc. Jn assūptiōe aūt ꝑgis sctissime euidenter declarata regal ei⁹ ptās z dñatio. Et ideo hec ē nona capitiz sui stella. glia vicz honor gaudiū et claritas q̄ singulariter adornak et glificak ex sublimitate vniuersali dñatiue regalitatiz. ¶ Decia stella ē glia hōrificatie familiaritatiz. vz singlariz illa glia q̄ decorak z hōrak ex familiaritate q̄dā pintima: quā singlariter sibi oūt dei filius i celesti regno: z cuz iestimabili benignitate sibi oīdebat i sua assūptione/cū mirāda dulcedie ipaz suscipies. Si em̄ de⁹ cunctis bt̄is se intimū facit p spēalē quēdā illapsū nob icōphēsibilē q̄ntū credēdū ē eū se pintimū atz familiarissimū reddere ꝑgini mr̄i sue: ñ dubiū q̄

tota ipa im? et vndiq; diuia singl'arit' relu
ceat maiestate. Si q̄libz mistro? ōi hōri/
ficat a p̄e celesti iuxta ꝓmissū filij dicētis
Jo. xij. Si q̄s mihi mistrz. hōrificabit eū
p̄ me? q̄ ē in cel'. q̄nto hōre credere dē?
ꝑginē mrem dei p̄cellenter a deo filio suo
hōrificari: Si tāto hōre dino hōrant mi/
stri ōi i celo: q̄s ꝑcipe aut enarrare poterit
hōre mris dei: Sic ei decet filiū: z sic decz
mrem: vt chr̄i filial' aspect? ad mrez sit sin
gularissim? atz amoz osissim? z familiari/
tas admodū dl'cissima. Fuerētia q̄z singl'a/
ris z excellētissima adeo q̄ nō decz filiū a/
spicere totā celestē curiā sil'ꝫ sūptā p̄ mrez
sub tl'i reuerētia. Jōo. p̄sus inexplicabile ē
q̄nta glie intimitate: q̄dulci familiaritate:
q̄singl'ari reuerētia fil? dei se ingerit mri
sue. Et hec ē ꝑcia stella: vz Glia illa subli/
mis q̄ singl'arit' gl'ificat z adoznat ꝓpt excel
lētiā illā hōrificatiue familiaritatz. ¶ Un
decima stella ē glia brificatiue sublimitatz
vicz glia illa q̄ singl'ariter sublimat z hono
rat ꝓpt sublimitatē singularē stat? sui bti/
ficā i illo celesti regno tāq̄ sūpma dña
atq; regi celestz curie p se cōplerynū ite
grū statū cui fz rectā rōnē alia ꝑsona ñ p̄t
addi ꝓpt ei? singularē dignitatē. Ceteri q̄/
dē scti sūt in statu alicui? ordis angelorū.
Sz hec ꝑgo mr est in statu quodā ceteros
trāscēdēti singularit' ei cōpetēti. Sic enim
vn? ē chr̄s: sic z vna mr ei?. Sic ē singl'a/
ris ē stat? chr̄i tāq̄ regz oim: sic z singl'arz
est stat? marie mris ei? trāscēdēs iextima/
biliter statū z dignitatē oim angelor̄ atq;
hoim. Oēs ei cereri sūt dei ministri: ipa vero
mr. Sic itaq; chr̄s etiā inq̄ntū hō oēz or/
dinē p̄me q̄ditōis trāscēdit nec potuit ab
vniuerso ꝑtineri: sic soli? mris ei? dignitas
cū eo oēz vniuersi ordinē trāscēdit. q̄ppe cui
cātat eccl'ia. Quē celi capere nō poterant:
tuo gremio ꝑtulisti. Hec ē ꝑgyndecia stel/
la glia vicz singl'arissima qua bz ex singl'a/
ri q̄dā statu brificatiue sublimitatz. Duo
decima stella ōr glia dispēsatiue auctorita
tis vicz glia illa seu dignitas q̄ singl'ariter
honorat z gl'ificat ex eo q̄ ois gra de celo
descēdēs dispēsat p man? marie. Et h̄ sibi
ꝑuenit a tpe ꝑceptōis filij dei. Tūc ei fa/
cta ē porta celi: stella matz: dña mōi: regia
mr: mr gre z pietatz. Et ꝓterea bñ dicit
gr̄ a plena: q? p eā nob ois gra venit. Jste
fō s ille ascēdēs ō tra q̄ irrigabat vniuer
sā supficiē tre Gen. ij. Et q̄tuō. Flumis ipet?
letificat citatē ōi. i. eccl'iaz. Hic Hiero. i
ser. ō assūp. In chr̄o fuit plenitudo gre sic
i capite ifluēte. i mariaꝫo sic i collo trāsfū/
dēte. Sic g̃ ōr Ja. j. Dē datū opt. z oē do.
ꝑfec. desur. ē des. a p̄e lu. z h̄ p iesū xp̄m trā/
sfū p caput z p mariā tāq̄ p collū corpis
mystici. Jō Ber. Illa gra ō celo venit ad
tra nisi trāseat p man? marie. Et h̄ q? de?
ita vult mrez suam honorare i oib? sue gre
donis vt z nos ea tota deuotiōe venere/
mur tāq̄ reginā mie z mrez gre z salutis.
Hec ē g̃ duodecima cozōe sue stella: glia
vicz dec? z honor g̃ singl'arit' adoznat z ho
norat xp̄s illā excellētia dispēsatiue autori/
tat? Adeam? igit' cū fūma hūilitate: cū fū/
ma reuerētia: cū fūma deuotiōe hāc mrez
ꝑsolatiōis z gre. Hāc dispēsatrice bonoꝝ
diuie clemētie. Hāc regina dulcedis z mie
z ad ei? pedes ꝓstrati clamem? cū eccā di
cētes. Salue regia mistōie vita dulcedo
z spes nra salue. Ad te clamam? exules fi

Lōo dicam? q̄ admirā ſ(liꝫ eue z̄. Sa
da erat hec sacratissima ꝑgo spiritib?
ag̃elicz i sua assūptōe ꝓpt sue ꝑsone i
extimabilē dignitatē: ꝓpt quā dignitatez
cātat ab eccā. Felix natq; es sacra ꝑgo ma
ria z oi laude dignissima. Jtē O pe beata
sblimis spōsa dña ag̃elorūſilq; oiz scōr q̄
magnā laudē dignitas tua meret' forma
ōi digna z̄. Pōt āt euidēti nob apparere
excellētia tāte dignitatz ñ vtiq; planez oi
no cū sit inexplicabil'ꝭ vtcūq; si ꝑsiderem?
nō q̄dē oēs suas dignitates q̄ sūt inumera
biles ſz tres ei? p̄cipuas dignitatū ꝑemi/
nētias ad q̄s etiā posſent alie reduci.

¶ Pria: ē dignitas clarissime nobilitatz.
¶ Scōa: est diuine maternitatis.
¶ Tertia: est meritorie sublimitatis.

Prima igit' est dignitas clarissime nobilitatis. Fuit aūt in dā vir gine triplex ꝑcellēs nobilitas: vicz regalis sacerdotalis: ꝓtualis. Pria magna. Secūda maior. Tertia maxima. ¶ Pria fuit nobilitas regal'. De q̄ cātat eccā. Regali ex ꝓgēie maria exorta ꝛfulget. hec ei q̄ car nalē originē ōscēdit a dō. vñ et cātat eccā Orta ex tribu iuda clara ex stirpe dō Nō dubiū q̄ inter ꝑsonas humanas nobiliorꝫ fuit virgo beata originali nobilitate. Naz Matthei primo. scribitur descendisse a

xiij. pziarchis. xcviij. regib⁹: z a. xiij. ducibus. et Lu. j. ei⁹ genealogia scribit ab adā z eua vsq; ad chm: vt sic ostēderet de⁹ q; omes nobilitates carnales seu originales aut corales generi hūano ꝛcesse in adā z alijs seqntib⁹/ p ꝙginē matrē terminarēt ad chm dnm oim nobilissimū q; vltim⁹ pziarcha z rex z dux illi⁹ ꝓpli israhitici fuit. z hoc clare ondit. nā in ei⁹ aduētu ois nobilitas illi⁹ ꝓpli termiata ē. Qz igit ꝓes pfecture et nobilitates q; pnt esse in alīq; psona humana fm originē sanguis/ describūt euangeliste in hac nobilissima puella fuisse ꝓpe ꝓpinquitatē ad chm dnm. Jō opter dicere q; ei⁹ nobilitas carnal' pferē oim regū z reginaꝝ: imatoꝝ z impatricum nobilitati et sic de oibus alijs sanguinis nobilitatib⁹ Qz aūt nobilitas illa regalis sublimis q;/ dem z pcellens que dei prudentia z autoritate ꝛcessa fuit regi/ fuerit excellētissime z pfectissime in maria: sic possum⁹ psuadere Nā hmōi regalis nobilitaꝫ radix z initiū fuit būilitas dauid. An dauid fuit diuina puidētia cōstitut⁹ saul rex israh: etiā ꝓpter būilitatē suā. sed postea ꝓpter suā supbiā electus a deo. Vñ. j. Re. xv. dr ei samuel. Nōne cū parul⁹ esses in oculis tuis/ caput in tribubus israh' fact⁹ es: vnxit q; te dns in regē sup israh'. Et postea sequit. qa piecisti sermonē dni z piecit te dns ne sis rex sup israh'. Et seq; post. Scidit dns regnū israh' a te hodie et tradidit illud ꝓximo tuo meliori te Hec ibi. Detū g; fuit regnū būili puero dauid q; cū ad eū venisset ꝓpha eū vnctur⁹ in regē/ eu/ stodiebat oues p̄is sui ieesse: vt hz. j. Reg. xvj. Radix igit ve nobilitaꝫ regal' ē būilitas. Cū g; i btā ꝙgine fuerit ꝓfundissima būilitas de q; s. dixim⁹: sequit q; in ea fuit excellētissime clarissima regalis nobilitas

¶ Sēda fuit nobilitas sacerdotalis. Fuit em de tribu aarō q; erat sūm⁹ sacerdos. Nā Lu. j. hz q; btā virgo erat cogīta helisabet Vt aūt ibidē hz erat helisabet de filiab⁹ aaron. Permixte q; ꝓpe erāt trib⁹ sacerdotal' z trib⁹ regia. nā z aarō vxorē habuit de iuda helisabet sororē naason: et ioiada pōtifex iosabeth filiā regis iorā: vt hz in histo. scholastica. Potuit etiam (vt dr Beda) hmōi ꝛiūctio recētiori tpe fieri datꝫ nuptui femimis de tribu i tribū vt manifeste ꝛstaret beatā mariā q; de tribu regia descēderat cū tribu sacerdotali cognatione gnerꝫ habuisse: et ita btā Maria de vtraq; tribu erat. Voluit em dns vt hec trib⁹ pulegiate mysterenk ad inuicē ꝓpter mysteriū. qz dns de eis nascitur⁹ erat q; vere rex z sacerdos p nob seipm offerret: z fideles suos in militia hui⁹ vite pugntes regeret z p⁹ victoriā coronaret. Chryſ. Dignū erat atq; conuenies celesti mysterio vt eadē maria q; mat dni fm carnē esse meruit/ z ex regali genere z sacerdotali ꝓgenie z origine nasceret de q; fil⁹ dei q; rex z sacerdos etern⁹ ē/ corpus hūane carnis assūpsit. hec ille. Etsi dicas: qz fm legem q;libet de tribu z familia sua debebat ducere vxorē. g; nō potuerunt hmōi trib⁹ ita esse pmixte. Rndet: h factū fuisse cōstat/ ne distributio sortiū ꝛfūderet Leuitica aūt trib⁹ sortē inē ceteras trib⁹ nō hēbat. ideo ō illa tribu poterāt nubere cui volebāt. ¶ Tertia ē nobilitas ꝓpinq; de q; dr Hiero. Nobilitas sūma ē apud deū: virtutib⁹ eē clar. Cōstat eq;dē ꝙginē gl̄iosam hac nobilitate ꝓtutū fuisse p ceteraꝫ claritatē. qz cōstat eā oib⁹ gratijs z ꝓtutib⁹ esse plenissimā: sic ia s. pluries dixim⁹. Patet itaq; q;nta sit ad eā hūda deuotio atq; reuerētia. Bern. Jntuemī q;nta deuotionis affectu a nob⁹ voluit de⁹ mariā honorari q; tot⁹ boni plenitudinē posuit i Maria: vt ꝓinde siq;d spei: siq;d salutis: siq;d ,gr̄e i nob est/ ab ea nouerim⁹ redūdasse. hec ille. Patet itaq; q; btā ꝙgo fuit nobilior ꝓsona toti⁹ hūani generis: tāteq; pfectiōis q; etiāsi nō fuisset mater dei: merito debuisset esse domina mundi.

Secūda ē dignitas diuine mṕnitatis.

Est āt i maria triplex diuina mṕnitas.

¶ Prima substātialis (ternitas.

¶ Secunda legalis.

¶ Tertia spūalis.

Pria igit mṕnitas ei⁹ dr mṕnitas substalis. Et ē illa sume venerāda mṕnitas q; dr mṕ dei. q; iō dr substātial': qz ō ꝓpria substa genuit filiū ōi. Vñ ēt patꝫ q; bñ dr hec mṕnitas diuina cū p eaz sit mṕ dei. Lz aūt de hac mṕnitate aliq; s. dixerim⁹: tñ restāt aliq; dicēda: qz nec reuera tot hui⁹ mṕnitatis ꝓpulegia dicere possū⁹: q;n sp sint āplio:a dicenda. Est em in hac mṕnitate abyssus q;daz ꝓpulegioꝝ z dignitatū. Est aūt vt dictū ē

hec mīrnitas sūme venerande: qz ipa ē mat dei: sūme admirāda qz ipa mater ē z ygo. Dñi inqz ei⁹ cui⁹ē filia. Sūme isup a nob collaudāda: qz p hāc mīnitatē venit hūani generiz redēptio. Jn hac siqdem mīnitate stat singularissima z pcellētissima ygis p rogatiua. Beř. Hec ē ygis nře gra singulariz z excellētissima pzogatiua marie q filiū vnū eundēqz cū deo pze meruit habere cōem. hec ille. Propř hāc mīnitatē singulare qdāmō dr ei: dñs tecū. Dñs em cum sctis angel'ē p gram: cū sctis hoib⁹ ñ solū p gram: sz etiā p naturā: vt possit hō dicere: emanuel. i. nobiscū de⁹. s. p naturā soci⁹ qd dicere ñ pōt āgel⁹. qz sic hz heb. ij. nusq̄ angelos app̄. qz āgelica natura ñ sibi vnit: sz semē abrae. qñ in ygie maria orta de semie abrae natura hūana assūpsit. Cū beata āt ygie nō solū p gram fuit z natura: sz p assūpte carnis ipi⁹ porrōez sine virilis admixtiōe seis: vt dicat ei dñs tecū: Oclusū camal' pūis ingressio. Vñ z dñs tecū longe excellēti⁹ q̄z cū ceteriz sctis cū q̄b⁹ ē spūaliter tm̄ z i cord'e. sed tecū ē z spūal'r i corde z corpal'r i vētre. Beř. Nō dr: dñs i te. sed dñs tecū. Dñs em q̄ ybiqz cōlit tor⁹ē p suā simplicē substam: aliter tn̄ ē in rōnalib⁹ creaturiz q̄z i ceteriz. et ire aliter i bonis: aliter i mal'. Jta sane ē in creaturiz irrōnalib⁹: vt ñ capiat ab eis. A rōnalib⁹ aūt oib⁹ capi pōt p cognitionē: sed tm̄ a bonis capit p amorē. Jn sol' bonis ita ē vt etiā sit cū ipis p concordiā volūtatiz. Nā dū suas volūtates iustīcie subdūt p ꝟb q̄ ab hui⁹ volūtate non dissentiūt: dr̄ū sibi spūal'r adūgūt. Sz sū ita sit cū oib⁹ sctis spūal'r: singularit' tn̄ cū maria cū q̄ vtiqz tāta ei ꝟsensio fuit vt illi⁹ ñ solū volūtatē sz etiā carnē sibi ꝟiūgeret: ac de sua z ygis suba fieret vnus chr̄s q̄ et si nec tor⁹ō ygie: tor⁹ tn̄ dei z tor⁹ ygis esset fili⁹. Nec duo filij: sz vn⁹ fili⁹ vtriusqz. Ait itaqz angel⁹: dñs tecū. Nec tm̄ dñs filius quē carne tua iduis: sz z dñs spūscūs de q̄ ꝟcipis: z ipe de⁹ pr̄ q̄ genuit quez cōcipis. Pr̄ inqz tecū q̄ filiū suū fac̄ tuū. Fili⁹ tecū q̄ ad ꝟdēdū i te mirabile sacrm̄ miro mō z si bi refat genitale secretū: z tibi refuat intergrū ygiale sigillū. Spūsctūs tecū: qz cū pze z filio tuo sctificat vteq. Hucusqz beat⁹ Beř. Singulariť itaqz ygi mīri dictū est Dñs tecū. Qui igit qrz saluatorē: qre isp cū ea. Vñ ō magz dr Mat. ij. Jnuenerūt pueq̄ ihesū cū maria mře ei⁹ ⁊c. vt cuz ea sp q̄rēd⁹ o ñderet. Jmplora igit' btāz ygine nec diffidas ō potētia auxiliādi: qz dñs ē cū ea. Quo solo comite q̄ caruerit ēntācū qz turbā hoim secū hēat: ve illi. Ecci. iij. Ue soli qm̄ si ceciderit ñ hz subleuātē. Solus em̄ ē comes iste q̄ possit cadētē subleuare. Scda ē mīnitas legal'ē q̄ facta ē mř ioānis euāgeliste p̄m legalē adoptionē fact̄a autoritate sūmi p̄ncipis dicētis marie Jo. xix. Mulier ecce fili⁹ tu⁹. Et ioāni. Ecce mř tua Dr aūt hec mīrnitas dina: qz facta ē autoritate dina. Etsi dicas hāc mat' nitatē nihil ptinere ad dignitatē ygis. Respōdū. Etsi nō mīrtū ptineat ad dignitatē marie q̄ dicat' mř discipli cōpatōe maternitatiz illi⁹ q̄ dr mř sūmi mgri: z q̄ dicere mř hois puri q̄ mat' erat dei veri: tñ in sensu mystico mīrtū spectat ad honorē marie q̄ diuina ordinatōe dicta ē mř ioānis. i. gre. Joānes em̄ gra interpret'. Magz vtiq̄z dignitas dici mř gre. Et hec scda mřnitas sequit ex p̄ma. Nā qz mř est saluatoriz ideirco mř gre dr. Cū em̄ sit mř ei⁹ q̄ pr̄ est z autor gre. s. chr̄i: de q̄ dr Jo. j. Gra z vitas p ihesū chr̄m facta ē. ō recte vocat' mat' gre. Tertia ē mīnitas spūalis: q̄. s. dr mř oim bonor: q̄s vt pia mř generat z nutrit meritz z exēplis atqz p̄ociniis. Et hec est dr dina mīnitas. qz. s. sibi ꝟuenit p spēalez gram diuinā: z ꝟpř ꝟ qz ipa ē mř dei. Cū em̄ sit mř dei: mř ē etiā oim filior⁹ dei. Et si em̄ vnicū filiū corpaliter genuit: in eo tm̄ spūal'r mř est effecta magne mīritudis filior⁹ q̄z q̄z chr̄s p̄mogenit⁹ ē. Vñ signāt dr Luce. ij. q̄ pepit filiū suū p̄mogenitū. Et ad Ro. viij. Vt sit ipe p̄mogenit⁹ i mīrtz fribus Hec itaqz tertia mīnitas sequit ex p̄ma. sequit etiā ex scda. qz cū sit mř gre: mř ē oim filior⁹ gre. Vñ z itelligi pōt p ꝟb q̄ ygo be ata facta ē mř ioānis. Nā ioānes ñ solū interptat' gra: sz etiā: in q̄ ē gra. Per ꝟb itaqz q̄ imperator celestiz in throno crucis residēs matrē suā ygine dedit ioāni in matrē: insinuanit q̄ cuilibet in q̄ est gra gratū faciēs dat' virgo maria in matrez spūalem. Ansel. Mater dei facta est mř nra. Hec ille. Est inqz mater nostra spūali genitura Sic em̄ chr̄s genuit nos ad esse spirituale in cruce patiendo qō pfectius est q̄z esse

naturale: ita ꝛ bta ꝑgo nos genuit ꝛ pepe
rit in maꝛis doloꝛib⁹ filio cōpatiēdo. Hñ
ita exponit Alb. magn⁹ illō Esa. vi. Par⁹
tuꝛiuit siō filios suos. i. btā ꝑgo q̄ specula⁹
bat mysteriū passiōis. Sion em̄ interp̄tat
speculatio. Scdo ē mr nra spēali cura. O
q̄nta ē cura btē ꝑgini ō nob. Ber. Sileat
miaz tua o ꝑgo btā q̄cūq̄ in suis necessita
tib⁹ te fideli⁹ r iuocatā sibi senserit defuisse.
Tertio est mr nra celestiali honoꝛe ꝛ pla⁹
tura: q̄ sub deo i supma dignitate platōis
ꝟstituta. Hñ eccia vocat eā reginā celoꝝ
ꝛ dñam angeloꝝ. Qualr aūt sit ista mr ipa
de se loq̄ns seu eccl'ia in ei⁹ psona: ōr Ecci
xxiij. Ego mr pulcre dilectōis ꝛ timoꝛis
et agnitiōis ꝛ sctē spei. Pulcre dilectōis p
eximiā charitatē. timoꝛis reuerētial' p pfū⁹
dissimā būilitatē. agnitionis. s. fidei p fir⁹
missimā ꝟitatē. sctē spei/ad oē bonū ꝛ sup⁹
nā felicitatē. Hñ etiā mr ē eoꝝ q̄ būt ista
q̄rtuoꝛ vicz iustoꝝ. Jō recte ōr bñdicta in
mlieribus: nō tm̄ q̄. sola sine 2cupia cōcepit
et sine doloꝛe peꝛit: sꝛ ꝛ q̄ p oib⁹ i ple mul
tiplicata est. Bñdicta inq̄ in mlieribus. i. p
oib⁹ mlieribus: inf oēs mlieres: ꝛ pl⁹ q̄ oēs
mlieres: q̄ (vt ōr Aug.) vitā ꝛ bñdictionē
viꝛ ꝛ mulieribus ipetrasti. Patet ꝛta q̄ scdm
2ncipal' dignitas. s. dignitas dine mr nita⁹
tis: q̄ pfecto ē dignitas iextiabil' celsitudis
q̄ ad pmā mr nitatē: inextiabil' scitudis q̄
ad scdaz: ꝛ inextiabil' dulcedis q̄ ad tertiā
a

Tertia principalis digni⁹

tas ē dignitas meritoꝛie sublimitatis. Est
aūt meritū op⁹ ꝟtuosū deo acceptū. p q̄ fit
a deo retributio 2digna merēti vl' alteri p
q̄ mꝛuit. Hñ patet q̄ meritū facit meren
tē dignū aliq̄ retributiōe gl'iosa. Meritus
q̄ spectat ad dignitatē psone: et sic magni⁹
tudo meritoꝝ ad magnitudinē dignitatis.
In maria aūt fuit excellētissima magnitu
do meritoꝝ: qō pōt declarari p tres consi
derationes. ¶ Prima est 2sideratio pue
spūalis dispositiōis. ¶ Scda ē 2sideratio
ꝓprie psonal' 2ditiōis. ¶ Tertia est 2side
ratio multifarie ꝟtualis opatiōis. Prima
ōclarat excellētiā ꝛ magnitudinē meritoꝝ
q̄ ad acceptabilitatē. Scda q̄ ad nobilita
tē. Tertia q̄ ad pluralitatē. ¶ Prima igit̄
est consideratio pue spūalis dispositiōis.
Hec aūt merēdi dispositio fuit in virgine
mr̄e pcellētissima ꝓpt̄ tria. Primo ꝓpter
sue puritatis integritatē icōtaminabilē. Sp
em̄ vr s. dixim⁹ purissima fuit ꝛ ab oi pec
cato etiā veniali alienissima. Pctm̄ q̄ppe
veniale ꝛz ñ tollat facultatē merēdi: dimi⁹
nuit tm̄ vim meriti ꝛ ab ope meritorio re⁹
tardat. Nā pctm̄ veniale diminuit feruo⁹
rē charitatis ꝛ disponit ad ruinā. Greg. in
pastoꝛ. Qui mima pcta deuitare neglexe⁹
rit: de statu iusticie nō q̄dē repēre: ꝛz pau⁹
latim ꝛ pticulatim cadit. Jdē vicz Greg.
di. q veniale obscurat: iō minuit vim me⁹
riti. Btā aūt virgo sp fuit purissima: et sic
ad faciēdū op⁹ deo acceptū dispositiua.

¶ Scdo ꝓpt̄ sue fidei firmitatē inuiolabi⁹
lē. Fides pfecto reddit aiam deo grā ꝛ ac⁹
ceptā: et sic ad op⁹ deo acceptū dispositaz.
Hñ beb. xj. Fide abel plimā hostiā obtu
lit deo. Et ex opposito ibidē ōr. Sine fi⁹
de ipossibile ē placere deo. Quātū valeat
ad meritū fides/patet euidēter i euāgelio
vbi freq̄nt dñs plimoꝝ salutē sue fidei at⁹
tribuit. Lu. vij. ōr magō. Fides tua te sal
uā fecit. Et in mlieribus alijs locis idem ōr alijs
mlieribus. Btā aūt ꝑgo mr sp fuit fide firmis⁹
tima: ideo ad merēdū dispositissima. Tge
q̄ppe passiōis chri i ea sola remānsit sp ꝛ inꝛ
gritate illesa fides ꝛ illibata. Aug. Dū vnus⁹
q̄sq̄ vacillādo hesitabat: hec q̄ fide conce
pit: hec q̄ semel a deo suscepit nūq̄ dubitat
spesq̄ firmissima resurrectiōis gl'iaz expe⁹
ctauit. Hec ille. Ex q̄ sub pia 2templatione
2cludere possum⁹ q merita oim martyrū
q̄ postea passi sūt. p sustinēda fide quā illa
sola illesam fuauit ad eam spēali q̄dā mo
do spectāt: imo ꝛ oim fideliū q̄ postea fue
runt ꝛ erūt merita. Ab ea nāq̄ ad eos de⁹
riuata ē fides in q̄ ꝛ p quam meruerūt.

¶ Tertio ꝓpt̄ gr̄e ꝛ charitatis scitudinem
inexplicabilē. Btā q̄ppe ꝛ charitas marie
disponūt ad meritū: q̄ faciūt op⁹ deo grū
Hñ ōr apl's. j. coꝝ. xiij. Si charitatē non
habuero nihil sū. s. q̄ntum ad esse spūale ꝛ
meritoꝛiū. Jō etiā charitas vr ōr Amb.
ōr forma oim ꝟtutuz. q̄. s. dat eis oib⁹ esse
formale meritoꝛiuz. Oia q̄ppe opa ꝟtuosa
sine charitate plūbea sūt: sed p charitatis
fiūt aurea. Btā aūt ꝑgo tota erat ifiāma
ta dina charitate. iij. Re. vi. Nihil erat in
tēplo q̄d nō auro tegeret. q̄d vtiq̄ tēplum
erat figura btē ꝑgis q̄ est spēale dñi tēpli

Fuit etiã gra plenissima. Nõ charitas re/aliter ẽ ipsa gra: vt ỏr Scot⁹ in. iij. vl' inse/pabil' saltẽ se iuicẽ cõcomitant charitas ⁊ gra: ſm alios doc. Jõ ex pfectõe sue cha/ritat⁹ de q̃ iã plies s. dixim⁹/hẽ etiã pfe/ctio ⁊ excellẽtia gre in gl'osa ꝓgie. Prefea hãc singularẽ gre excellẽtiã i maria decla rat doc. s. Tho. i. iij. pte sũ. q. xvij. ar. v. sic di. Quãto alic̃s mag⁹ appropinq̃t prio ꝓn cipio in q̃libet genere: tãto mag⁹ ptcipat effectũ illi⁹ principij. vñ ỏr. iij. ca. celestis hierarchie. Quic̃ angeli q̃ sunt deo ꝓpin/qores mag⁹ ptcipãt ỏ bonis dinis q̃ ho mines. Chr̃s aũt ẽ pncipiũ gre ſm divinita tẽ q̃dẽ auctoritative: ⁊ ſm hũanitatẽ miste rialiter. iuxta illud Jo. j. Gr̃a ⁊ ỽitas p ie sum chr̃m facta ẽ. Btã aũt ỽgo maria p/pinq̃ssima fuit chr̃o ſm hũanitatem. q̃ ex ea accepit naturã hũanã. ideo pma ceteris habuit gre plenitudines. Hec tho. Berñ. Nõ decuit mariã cões hr̃e gras nec pau/cas q̃ sũmũ gestabat i vtero: sz q̃cq̃d sum/mũ fuit in gra/ hr̃ abũdantissime possidebat Hec ille. Patet igit̃ btãm ỽginẽ habuisse maximã meritoꝝ excellẽtiã inr̃ oẽs rõna/les creaturas: q̃ singularẽ habuit excellẽ tiã spũalis dispositionis ad merendũ ne/cessarie: q̃ singularẽ acceptabilitatẽ tribu it opib⁹ ei⁹. Vñ pcipue ꝓpr̃ excellentiã sue puritat⁹/fidei q̃z ⁊ charitat⁹ meruit vltra oẽm creaturam. Oẽs em̃ creature rõnales suis actib⁹ nihil aliud mereri pñt nisi di/uersos grad⁹ felicitat⁹ etne. Hec aũt i illo gl'oso ꝓsensu q̃ p fidẽ angelo ꝓsensit nũci/anti vnicã incarnatiõe. in q̃ eq̃dẽ cõsensu nõ solũ habuit excellẽtẽ actũ fidei: sz ⁊ excel lẽtissimũ actũ charitat⁹ q̃ ita ardentissimo feruore deũ dilexit ⁊ ei ỽiũcta fuit vt nul la sufficiat creatura illũ cogitare. Hoc in/quã gl'oso assensu meruit extinctionẽ fo/mit⁹: pmatũ o:bis: regni sceptrũ sup oẽs creaturas: plenitudinẽ oim gra: oim vir tutũ: oim bonoꝝ ⁊ britudinũ ⁊ fructuum spũsseti: ⁊ oim sciaꝝ/marie altissime theo logie: iterpr̃tatiõis sermonũ: spũs ꝓphetie: discretiõis spirituũ: gre sanitatũ. meruit ⁊ fecunditatẽ in ỽgitate ⁊ mr̃nitatez filij dei: nõ tñ merito ỽdigni. h̃ em̃ q̃ ẽ esse matrẽ dei excedit oẽ meritũ. sz bñ merito digni: vt ỏr btus Bona. in. iij. di. iiij. quo etiam merito vir iustus merer̃ ꝓ alio exaudiri. q̃a sz dign⁹ est. et sic etiã btã ỽgo meruit esse mr̃ dei q̃ digna fuit portare regem celoꝝ. Meruit vlteri⁹ illo gl'oso ꝓsensu s. decla rato q̃ esset stella mar⁹: porta celi: ⁊ super oia q̃ sit regia mie/q̃ ẽ nomẽ maiestatis. Jõ etiã ỏr regina reginaꝝ. Scõa ꝓside/ratio declaratiua sublimitat⁹ seu excellen/tie meritoꝝ ꝓgis gl'ose est ỽditio ꝓprie p/sonalis ỽditionis. Sic em̃ ỏr doc. subtilis in. iij. dist. xvij. meritũ non consistit tñ in actu elicito: sed aliq̃ mõ in ỽditõib⁹ psone siue suppositi eliciẽt⁹ actũ, acceptatio em̃ di uina nõ solũ respicit actũ sed ỽditões acci dẽtales suppositi eliciẽt⁹ actũ. Et dat exẽ/plũ de offenso rogato eq̃ gratiose a duob⁹ q̃ cit⁹ ⁊ mag⁹ dimittit offensam ꝓpr̃ roga/tionem vni⁹ q̃m alteri⁹: puta si sit amic⁹ vel aliq̃d tale. Hec ille. Btã aũt virgo glori/osa cõditiões habuit dignissimas ⁊ puile giatissimas: et pcipue tres. vicz q̃a fuit p/sona nobilissima: vt s. dictuz est. ab oi tpe deo dedicatissima: etiã ad vtero matris. ⁊ mr̃ dei venerabilissima. Jõ fuerũt ei⁹ meri ta sup oim creaturaꝝ merita nobilissima ⁊ deo acceptissima: adeo vt nõ solũ p seipsa meruerit: sed ⁊ p his q̃ ad eam hũilit⁹ ⁊ de vote ỽfugiũt. merito inq̃ nõ ỽdigni. hoc em̃ merito null⁹ oino põt alteri mereri nisi solus chr̃s: q̃ solus est caput oim iusto/rũ. sed merito ỽgrui aut etiã merito digni Nec solum fuerunt deo accepta opa mr̃is marie vt actualiter exhibita ⁊ facta: sz etiã vt pñsa a deo. Unde ⁊ deuote contẽplã do dicere possumus q̃ a pncipio humani generis omnes indulgẽtie facte hũano ge neri pr̃sertim populo illi a q̃ descẽdit virgo beata: facte sunt ei in reuerentiã ⁊ cõtem/platione hui⁹ dignissime virginis. Con/stat eq̃dem q̃ ada ⁊ eua non solũ mortẽ sz ⁊ annihilationem pro culpa meruerãt: nec eos diuina vltio dimisisset impunes nisi ꝓpr̃ precipuaz reuerẽtiã et singularissimã dile ctionem hui⁹ puelle vicz beate ỽginis ma rie de q̃ et in qua de⁹ dei fili⁹ naturã hũa/nã assumẽs: gen⁹ hũanũ recõciliare dispo suit. Indulsit igit̃ misericors de⁹ parẽtib⁹ pr̃is nec eos annihilauit in q̃z lũbis ⁊ po tẽtia generãdi ſm rõnem scialẽ hec bñdi/cta ỽgo fuit: ex q̃ nascitur⁹ erat xps. Pro/pter hãc igit̃ cãnobilẽ: tãdignã: tãcrissi/mã ꝑsonã saluauit de⁹ ꝓmos gentes ỏ sua

transgressiõe. Gen.iij. Noe ō diluuio iun/ dāte Gen.vij. Abraā ō rege cozdolaomoz Gen.xiiij. Isaac de ismaele Gen.xxj. Ja cob de esau. Gen.xxvij. Israeliticū ꝑplm ō egyptꝰ z ipia pharaonis manu. Exo.xiij. ō mari rubro. ibidē. devitulo i deserto Exo. xxxij. de captiuitate babylonis Esa.xlij. de captiuitate assyrioꝝ.xlij. Reg.xix. ō mani bus diuersoꝝ tyrānoꝝ. s. nabuchoō. Dañ. iij. z sic ō mltis alijs i Vacꝰ libris. Da/ uid de leonez vrso. j. Reg.xvij. z de golia ibiō. z ō saule. j. Re.xviij. Et vt breui ser mone oia cōprehendā oēs liberatiões z i/ dulgētias factas in vetери test. nō ambigo deū fecisse ꝑ hui⁹ bñdictissime puelle reue rētia z amoꝛe. q̄z in cunctꝫ suis opib⁹ de⁹ p destinauit honoꝛare. Si g̃ ad hanc ꝯgine deuote ꝯfugerim⁹ ꝑculdubio q̄cq̄d nr̄e sa/ lutis ꝯsonū puro coꝛde petierim⁹ ei⁹ meri/ tis obtinebimus. Jō ōt btūs Anſ. Nihil certe vtili⁹ ꝑpt dei mēoꝛia mꝛis ei⁹: nihil q̄ salubriꝰ. Sepe em audiuimus plmos hoim in suis ꝑiculis recoꝛdari nois btē ꝯ/ ginis z ilico ois ꝑiculi malū euasisse. Ve locoꝛ ei ē nōmū q̄ sal⁹ mēoꝛato noie e⁹ q̄/ uocato noie iesu vnici filij ei⁹. Et id q̄dem nō ō fit q̄ ipa maioꝛ eo sit aut potentioꝛ. Neq̄ em ipe magn⁹ ē aut potēs ꝑ illā: sed ipa ꝑ illū. Quare g̃ sal⁹ ꝓmptioꝛ recoꝛdati one ei⁹ q̄ filij sui sepe ꝑcipiat: dicā q̄ sētio Filij ꝗdē ei⁹ dñs ē z iudex oim discernēs merita singuloꝝ. Dū igit ipse a q̄is noie suo inuocato ñ statim exaudit: ꝑfecto recto iudicio ꝟ facē Jnuocata aūt mꝛe sua: si me rita inuocātꝫ nō merēt: merita tñ mꝛis in/ tercedūt vt exaudiat. Hec ille. Jō vt dicit Beꝛ. supꝫ Dilſ⁹ ē. Jn ꝑicul: i āgustijs: i re b⁹ dubijs mariā cogita: mariā inuoca: ñ re cedāt ab oꝛe tuo: nō recedat a coꝛde. Et vt ipetꝛs oꝛonis suffragiū ne deseras ꝙuer/ satiōis exēplū. Hec ille. Jn ꝟ q̄ppe ñ parū nob⁹ ꝑsperādū ē i meritꝫ hui⁹ clarissime ma/ tris q̄: si tāta feē dñs ꝑ sola ꝓuisiõe suoꝝꝫ meritoꝝ vt supꝝ dictū ē: ñ ē fas dubitare q̄c q̄d mēte pura petierim⁹ nos ipetraturos tantis ei⁹ meritis iā actualr exhibitis z in dei recoꝛdatiõe acceptissimis.

Tertia ꝙsideratio declara

tiua sublimitatis seu excellētie meritoꝝ sa cratissime marie ē ꝙsideratio sue ꝟtualr ope ratiõis. Erāt q̄dē opatiões marie supa/ bundant meritoꝛie ꝑpt tria. Prio ꝑt i/ explicabilē obiecti nobilitatē. Q̄ō em cete ri faciūt i ꝑsonis paupeꝝ: hoc ipa feē i ꝑso na ip⁹ dei. vicz nutriēdo dñm z ꝓꝝis la/ctādo vberib⁹: reclinādo in cunabul' z alia hmōi faciēdo cū oī reuerētia z diligētia so licita. Nota ꝟbū Boñ. vl. dis. j. dicētis. q̄ ipa ꝟgo ꝙstant se ꝙformando diuie volun tati libere filiū suū z ius q̄ habebat in eo offerebat ꝑ pcōib⁹. Q̄ q̄riens nutriendo eū/ ꝙuersādo cū eo cogitabat hoc. Prio i/ time cōpatiēdo sup doloꝛib⁹ q̄s passurus erat. Scō fozti ato sibijp̄i dñandovt oēs possent saluari illū libeꝝ donare ꝓponebat

Scō ꝓpter inextimabilē opeꝝ ḡlitatē Nā sil' actioni dignissime vacabat christuꝫ nutriēdo: z ꝓplationi sublimissime diui/ nitatē ei⁹ sublimit' ꝓplando. Vñ pascen do filiū suū ꝟ formā hūanitatis: pascebat z ipa z alta ꝙtemplatiõe diuitatis. Q̄ q̄nta suauitatꝫ dulcedie pascebat cū videꝛ filiū suū z nutriēs sciebat z cogitabat ipm ee dei filiū: q̄ta leticia ꝑfūdebat coꝛ eius cū sere coꝛdaret filiū dei saluatoꝛē mūdi ex spūsan cto ꝓcepisse z saluoꝝ ginitatis sigillo pepe risse. Anſ. Nihil salubꝛius meditatiõe pij amoꝛis q̄ feruebat ꝟgo mr̄ in meditatiõe filij sui. Nihil iocundi⁹ sapoꝛe tanti gaudij q̄ multipl'r pascebat in eodē z sup eundē fi liū suū. Hec ille. Ex his aūt q̄ diximus q̄ vicz ꝟgo gl'iosa excellētissima fuit in opib⁹ vite actiue z sil' in opib⁹ vite ꝓtemplatiue assignat. Nō q̄re i ꝟsto assūptiōis ei⁹ legit euāgeliū illō Luc.x. Intrauit ies⁹ in q̄dā castel. z c. Nam etsi hoc euangeliū non spe cter ad hanc ꝟgine q̄ ad sensum historicuꝫ seu l'ralem: optie tñ sibi cōpetit i sensu my/ stico seu spūali. Nā i martha vita actiua a maria ꝟo magdalena vita ꝓplatiua dese gnat. Utriusq̄ aūt ꝑfectio z excellētia ple/ nissime fuit i ꝟgine gl'iosa. Tertio ꝑpt in/ comꝑhensibilē opeꝝ nūerositatē: q̄ sp̄ sine intermissiõe q̄cūq̄ faceret merebat etiā co medēdo z dormiendo q̄ oia ex charitate z ꝓpter deū faciebat. Erant aūt eius opeꝛa multifaria z oia supercellenter deo ac/ ceptissima z meritoꝛia. Spēaliter tñ dici guere possum⁹ eius opera triplicia. Nam q̄dam erant vite virginalis oꝛdiatiua ad q̄s ꝑfectiua. Hiero. ad Chromaciū et Helio/

dor. Aũ cõceptionẽ filij dei Nãc regulam virgo btã seruabat vt a mane vsq; ad tertiã orõni insisteret. a tertia vsq; ad nonam tertrino ope se occuparet. Itez a nona ab orõne nõ recedebat q̃usq; ei angelus apparet de cui⁹ manib⁹ escã accipe solebat. et sp in dei amore pficiebat. hec ille. Et Ambro. li. de ꝟginitate. Quid exeq̃r ciborum psimoniã: officioꝝ redundantiã: alteꝝ vltra naturã supfuisse: alteꝝ ipsi pene nature defuisse. Illic nulla intmissa tpa: h̃ continuata ieiunio dies. Etsi q̃nq; successissz reficiẽdi volũtas: cib⁹ plerũq; obui⁹ fuit qui mortẽ arceret: non q̃ delitias ministraret. Dormire ñ pri⁹ cupiditas q̃ necessitas fuit. Et tñ cũ q̃esceret corp⁹: vigilabat ani⁹: q̃ freq̃nter in somnis aut lecta repetit: aut disposita gerit: aut gerẽda pnunciat. Hec ille. Alia erant ei⁹ opa aliene cõmoditatis opatiua seu admistratiua. Vñ d̃t Hiero. i epla ad croma. ꝛ heliodoꝝ. De esca quã de manu angeli ꝟgo accipiebat ipa reficiebat. q̃ ꝟo a põtificib⁹ accipiebat paupibus erogabat. Hec ille. Dicũt etiã aliq̃ q̃ totũ illud aurũ q̃d magi obtulerũt/ paupib⁹ tribuit: adeo q̃ postmodũ in purificatõe ñ habuit vñ posset emere agnũ. Et sic patz quõ ceterꝫ pderat tpal'r mistrãdo. s. subsidiũ tpale. Profuit etiã ceterꝫ ministrando bñficiũ spũale. Hiero. ad cromaciũ ꝛ heliodorũ. Sollicita erat circa socias/ ne aliq̃ ex eis in aliq̃ sermone peccassz: ne aliq̃ñ in iniurijs aut in supbia ꝯ parẽ suã existeret. Hec ille. Instruxit etiã plenĩ⁹ aplos d̃ mysterio dñice incarnatiõis q̃d ipa pampli⁹ nouerat. Hiero. ser. de assump. Virgo beata intra choꝝ aplꝝ post ascẽsionẽ dñi iesu intrãs ꝛ exiẽs familiari⁹ de chr̃i incarnatiõe ac resurrectione cũ eis ꝯtulit. Hec ille. Profuit etiã mistrãdo ceterꝫ obsequiũ psonale. i. obseqniũ ꝓprie psone. Amb. li d̃ ꝟginitate. q̃ꝫ religiosa in ꝓpinq̃s fuerit/ scriptura diuina cõmemorat. nã ꝛ hũilior facta est vt a deo se cognouit electam: ꝛ statiz ad cognatã suã in mõtana pcessit: nõ vtiq; vt exẽplo crederet q̃ iã crediderat oraculo. et trib⁹ cũ ea mensib⁹ mansit. Tanti aũt int'uallo tpis nõ fides q̃rit: sed pietas exhibetur. Hec ille. Alia erant ei⁹ opa sue total' mentis in deum eleuatiua. Hiero. ad cromaciũ ꝛ heliodoꝝ. Sine intermissiõe bñdicebat deum: ꝛ ne fortasse i salutatiõe sua a laudib⁹ dñi tolleret/ siq̃s eam salutabat/ illa pro salute Deo gr̃as: rñdebat. Hec ille. Itẽ sup illd̃ Lu. j. Et exultauit spũs meus ꝛc. d̃t glo. in psona ꝟgis. Totũ interioris ani affectũ in agẽdis gr̃aꝝ laudib⁹ offero: totũ q̃d viuo: q̃d sentio: q̃d discerno in ei⁹ magnitudinẽ ꝯtẽplandã ꝛ ei⁹ pceptꝫ obseruãdis impẽdo. In ipo tãtũ exulto q̃ terrena nõ curo. prospitas me nõ extollit. aduersitas me nõ tangit. sed illi⁹ sola spiritus me⁹ delectat memoria a q̃ salus eterna sperat. Illi⁹ ꝑpetua diuinitate letatur: cui⁹ conceptione caro mea fecundat. Hec glo. Et Hiero. ser. de assũpt. Queso siqua sunt in vob charitatꝫ viscera ꝛ pietatꝫ: ꝯsiderate q̃ feruescebat amore: q̃ d̃siderio estuabat hec ꝟgo dũ reuolueret anio cuncta q̃ audierat: viderat: et recognouerat. Puto q̃ q̃cq̃d cordis est: q̃cq̃d mẽtꝫ: q̃cq̃d virtutis hũane: si totum exhibeas nõ sufficeret vt cogitare valeas q̃nto indesinẽter anxiabat ardore: quantis mouebat votꝫ repleta spũsctõ: quantꝫ celestiũ secretoꝝ trãsportabatur incitamentꝫ. Fortassis g̃ p̃ nimio amore in loco quo dñs sepult⁹ esse d̃r int'dum eã hitasse credim⁹: q̃tin⁹ pijs pasceretur intern⁹ amor intuitib⁹ Sic nanq; loc⁹ medi⁹ est hincinde cõstitut⁹: vt adire posset: eius ascẽsionis vestigia ꝛ locũ sepulture ac resurrectiõis/ seu oia in q̃b⁹ passus ẽ inuisere. Hec ille. ¶ Hec pauca de meritꝫ excellẽtissimis matrꝫ dñi diximꝰ q̃ pfecto nobis inenarrabilia ꝛ inextimabilia sunt. Et sic diximꝰ de iextimabili dignitate virginis mr̃is dei/ q̃ est scd̃a pncipalis rõ superi⁹ ꝓposita ꝓpt quã admirabant angeli in ei⁹ gl'iosa assumptiõe: dicentes. Que est ista q̃ ascendit de deserto?

Tertio pncipal'r dicam⁹ q̃ admirãda fuit hec sacratissima ꝟgo angelicis spiritib⁹ in sua assũptõe ꝓpter incompabilẽ sue ascensiõis sublimitatem Fuit aũt hui⁹ ascẽsionis virginalis excellentia seu sublimitas singularꝫ: et ipsis angelis ꝛ sctis oib⁹ admirãda ꝓpter tria.

¶ Primo ꝓpter loci p̃eminentiã.
¶ Secũdo ꝓpter ꝯsũmatã gloriam
¶ Tertio ꝓpter noui gaudij expientiam

Primo propter loci p̃emi

nentiã. qz sicut cãtat eccl̃ia: Exaltata ẽ sancta dei genitrix sup̃ choros angelor̃ ad celestia regna. Sublimata q̃ppe est in illo celesti regno sup̃ oẽs angelos: etiã sup̃ seraphicũ ordinẽ angelor̃. Jõ dr Eccl. xxiiij. Quasi cedr⁹ exaltata sũ in libano: et q̃si cypressus in mõte sion. q. d. Sic cedr⁹ exaltat in libano sup̃ oẽs alias arbores: z sil̃r cypressus in mõte siõ: ita z ego exaltata sum sup̃ oẽs creaturas in reg̃ celesti: in throno ꝺdã regali a diuia prudentia mihi ꝓparo. Hec aũt tãsingl̃ar̃ tãq̃ sublimis ꝟgis huius exaltatio ꝓsuaderi seu declarari ꝑ triplici rõne que ꝑcipue sumit ex ipa ꝟditõe maternitatis diuine.

Prima est ratio charitatis.

Secunda est ratio dignitatis.

Tertia est ratio vnitatis.

Pria ẽ rõ charitat̃. Sic em̃ dr b. tho. j. p. q. xij. ar. vj. Magnitudinẽ charitatis vie seq̃t magnitudo lumis glie. Magnitudinẽ aũt maiorẽ lũmis glie seq̃t itimior vnio z clarior visio cẽtie dine: z sic maior exaltatio i celesti bitudine. Charitas aũt btẽ ꝟgis ꝓprius icõparabil̃ ẽ charitati reliq̃or̃ oiz creaturar̃. Et ꝟ maxie patere põt ꝓpt tres ꝟiũctiões q̃ maxie faciũt z maxie accẽdũt amorẽ: q̃ vniq̃ tres ꝟiũctiões fuerũt oẽs i ter mariã z deũ. Pria ẽ spũal̃: q̃ ẽ dei ad aiaz. de q̃. j. Cor̃. vj. Qui adheret dõo vn⁹ spũs ẽ. z ꝟ ꝑ gr̃az spũsti q̃ supuenit. i. sup abũdãter venit in mariã. Propt̃ hãc itaq̃ vehemẽtẽ vnionẽ fuit ad deũ ꝑ gr̃az dr ipa Can̄. q̃. Dilect⁹ me⁹ mihi z ego illi. Secũda ẽ ꝓsonal̃ q̃ est aie ad corp⁹. Quãuis em̃ marie nõ fuerit ꝟiũcta diuitas i vnitate ꝑsone: portiõez tñ carnis ei⁹ i vnitate ꝑsone sibi sociauit diuina maiestas. Et tũc impletũ est illꝺ. Simil̃ i vnã diues z pauper.

Tertia est ꝟiũctio natural̃: vt arbor̃ ad fr̃ctũ: mr̃is ad filiũ. Ipsa em̃ fuit arbor: chr̃is fruct⁹. Ipa mr̃: ille fili⁹. Amor itaq̃ matern⁹ marie ad chr̃m q̃ etiã includit alias rõnes amoris incompabil̃r excedit seu trãscẽdit oẽs alias rõnes amor̃ diui/ꝑter illã q̃ est i aia chr̃i q̃. s. ferk realr̃ in deũ tãq̃ in ꝓpriã ꝓsonã. Cõstat aũt (vt dictum ẽ) q̃ oẽs gd⁹ z ordies glie pncipal̃r distinguunt̃ fm grad⁹ diui amoris. Idcirco absq̃ dubio tenẽdũ ꝟginẽ dei mr̃ez ad sublimẽ q̃n dã statũ glie puenisse oẽs angelicos ordines trãscẽdentẽ. Scda ẽ rõ dignitatis

Dignitas q̃ppe matr̃ dei icõparabil̃r trãscẽdit singl̃as angelor̃ dignitates. Nã victũ fuit: singuli angelor̃ ministri sũt dei: z hec sola mr̃ dei. Jõ stat⁹ glie sue icõparabil̃r trãscẽdit singl̃os angelor̃ stat⁹. Scdz em̃ Dion⁹. in regno celor̃ oim inferior̃ dona in supiorib⁹ sũt in tãta pcellẽtia q̃ q̃si nulla cõparatio ẽ/nisi sic ẽ in circũferẽtia ad suum cẽtrũ. Cũ g̃ ꝟgo btã sit oib⁹ angelor̃ ordinib⁹ supior in dignitate z glia: sequit q̃ dr q̃d pfectiõis ẽ in oib⁹ z singul̃ etiã sil̃r supr̃ mr̃to pfectius est in maria z mr̃to ampli⁹. Nec obstat illor̃ multitudo q̃ in spũalib⁹ mai⁹ idẽ est q̃ pfect⁹ z digni⁹. Un⁹ q̃ppe angel⁹ scdi ordinis in ascendẽdo maiorem gl̃iam hz q̃ oẽs angeli pmi ordis. et sic cõseq̃nt̃ ascẽdẽdo vnus seraphin maiorẽ hz gl̃iam q̃ oẽs angeli q̃ sũt i octo ordib⁹ inferioribus. nec angeli ordinũ inferior̃ possent intrãsĩ mr̃tiplicari etiãsi mill̃ies q̃ posset gl̃ia z dignitas illor̃ oim eq̃pari glie vn⁹ angeli supioris ordis. Ad cui⁹ intellectũz videam⁹ sil̃e in eccl̃iastica hierarchia. Nãz fm apl̃m: inuisibilia dei a creatura mũdi q̃ facta sũt intellecta ꝟspiciunt̃. Et sic patescere põt hierarchia celest̃ ex eccl̃iastica hierarchia q̃ est exẽplata a hierarchia celesti. In hierarchia aũt eccl̃iastica patz q̃ ni possent in tantũ multiplicari illi q̃ sũt i gradu inferiori q̃ possent eq̃pari vni q̃ est i gdu supriori. Non eni cẽ possent tot subdiaconi q̃ eq̃pari possent vni diacono i eccl̃iastica dignitate. nec tot diaconi q̃ possent eq̃pari vni sacerdoti: nec tot sacerdotes q̃ eq̃pari possent vni epo. aut epat⁹ etiã includit sacerdotiũ Sacerdos q̃ppe hz dignitates oim alior̃ inferior̃ ordinũ z mr̃to pl⁹. Patr̃ pa etiã hz iurisdicionẽ z prãtẽ oim aliorũ plator̃ z mr̃to pl⁹. Btã igit̃ ꝟgo Maria hz in se gl̃iam z dignitatẽ oim hierarchiarũ angelicar̃ z mr̃to ampliorẽ Nõ em̃ est in aliq̃ ordie angelor̃ sic alq̃ scr̃: sed superoẽs ordines sola ꝑ se faciẽs vnã spẽale hierarchiã seu statũ brificũ tanq̃ regia z immatrix. Jure aũt vocat̃ regina celi z imperatrix totius ordis ꝑcipue ꝓpt̃ triplicẽ rõnem.

Pria est rõ dinalis ꝓpriet̃. qz sz⁹ deũ z btãz ꝟginẽ est ꝓpriet̃as filiationis: despõsatiõis: z mr̃nitat̃. Est em̃ filia vno modo q̃dã singularissimo ꝓpt̃ singl̃arẽ ex

cellẽtiã gr̃e. Ps̃. Audi filia ⁊ vide ⁊c̃. Est em̃ spẽal' dei sposa. ps̃. Tanq̃ sponsus pce. de thal'. suo. Sap. vij. Quesiui eam mihi sponsam assumere: ⁊ amator facť suꝫ forme illi⁹. Est etiã mr̃ dei venerãda. qz hõ natus ẽ in ea. Cũ itaq̃ sit filia: sponsa: ⁊ mat̃ sũmi regꝫ regũ: iure ỏz ⁊ ipa regina regiaꝝ

Scda rõ est rõ celestialis sublimitatis. Et hec rõ sequit ex p̀ma. qa cũ filia/ sponsa et mr̃ regꝫ celestꝫ ỏz esse i celesti reg̃ ceterꝫ oib⁹ sublimior ⁊ regi vicinior. et sic ibi est vt regina. Ps̃. Astitit regina a dex. t. i vestitu deaurato. i. in vestimẽto p̃cellẽtꝫ glie: circũdata varietate oim gr̃aꝝ ⁊ gl̃iaꝝ: oiumq̃ scrõꝝ ⁊ angelorꝝ vniuersitate/ q̃ oẽs sibi reuerẽtissime famulant. De hac eius sublimatiõe ad dextram regꝫ hz figura. ij. Re. ij. Posit⁹ est thron⁹ mr̃is regis salomonis q̃ sedit ad dexterã ei⁹.

Tertia rõ q̃ etiã sequit ex p̀ma ẽ rõ impiat' prãtꝫ. Cum em̃ sit mr̃ ⁊ sponsa sũmi regꝫ: ipa iure hz imperare oib⁹ de regꝫ: sctis. s. oib⁹ ⁊ ãgel. imo ⁊ oib⁹ creaturꝫ. Jo bñ ỏz regina ⁊ ipatrix tot⁹ mũdi. Bec̃. in q̃dã ser. Persuadet imo cõpellit nos celsitudo tua credere q̃ in reg̃ filij tui brissima ỷgo maria ita impiose pn aperꝫ q̃ p angelorꝝ misteria tuis sepe ỏuotis subuenias. Si em̃ angel⁹ angelũ mittit: confidẽter ỏz credere chr̃iana deuotio q̃ impatrit ãgelorꝝ tãto magꝫ hz angelos ad obsequiũ q̃nto differẽt⁹ p illis nomen hereditauit. Si em̃ iosue dux isr̃l' iussit solẽ stare: quõ nõ oiasidera ad nutũ ipatrieꝫ gl̃iose discurrũt: Si cherubin ⁊ seraphin ỏ fonte bibẽtes/ inferioꝛib⁹ angel'q̃dã arca/ na reuelãt: q̃nto magꝫ gl̃iosa ỷgo ỏ occultis filij sui/ degustato ei⁹ ãplexu/ mysteria angel'copiosi⁹ effũdit. Hec ille. Et Fulb⁹ tus carnoteñ. epꝰ. Maria mr̃ gr̃e mat̃na dignitate facta ẽ ⁊ erga supos ipiosa charitate: ⁊ sup̃ iferos p districtionẽ. vbiq̃ p̀ma vbiq̃ magnifica: cui certe p̃ncipiũ ẽ ⁊ angelos sctos in misteriũ mittere: ⁊ ad bñplaciti suũ iferiorũ pacta cassare. Hec ille. De illa aũt ipiosa prãte quam ad cassandũ pacta demonũ hẽm⁹ exemplũ in theophilo depósito a vicedñatu ab epo suo: qui de/ spat'/ diaboli seruꝫ se fecit/ chirographo p̃pria manu scpto ⁊ diabolo tradito. Qui tãdẽ ad se reuersus ⁊ penitẽs/ suffragium bt̃ ỷgis iuocauit. xl. dieb⁹ ac noctib⁹ coram ei⁹ altari in or̃õe ⁊ lam̃tatiõe p̃stratus. Jp̃a ỷo tandẽ sibi appen⁹ p̀mo eũ increpauit ⁊ debinc ꝯfortauit: oiaq̃ irritauit: chirographũq̃ diabolo reddi iussit: et venia et gr̃am ei impetrauit. Vide historiã in legendis aureis.

Tertia ẽ rõ vnitatꝫ: qz vicꝫ virgo gl̃iosa plus incõpabil'r vnit deo q̃ cetere oẽs creature citra hũanitatẽ chr̃isti Et sic beatior est ⁊ magꝫ exaltata in gl̃ia celesti. Et hꝫ põt sic declarari. Nã sunt sex grad⁹ vniõis in deũ q̃b⁹ gradatim creature ascendũt.

Primus gradus ẽ vnio creationis p quã entia deo conũgunt vt cause efficienti/ exẽplari/ atq̃ finali.

Secũd⁹ est vnio cognitõis: p quã entia intellectualia vniunt deo vt obiecto intelligibili p fidem.

Tertius est vnio dilectionis. s. p donũ gratificãtꝫ amoris

Quart⁹ ẽ vnio glificatiõis. s. p visionẽ ⁊ fruitionẽ gloriosam.

Quint⁹ ẽ vnio mr̃nalis cõceptõis r̃m eãdẽ est caro ỷgis ⁊ chr̃i.

Sext⁹ est psonalis vniõis r̃m quã vnit hypostatice hũanitas deitati in pson̄ chr̃i. Jn q̃libet aũt istoꝝ q̃libet excedit aliũ in infinitũ. qz inferior in sua specie infinities m'tiplicat⁹ superiorẽ eq̃ari nõ põt. Oõ sic patere põt

Primo qz esse in ifinitũ excedit nõ esse.

Scõm etiã patꝫ: qz ifinita nõ itellectualia vni intellectuali eq̃alere nõ p̃nt

Tertiũ/ qz oẽs intellect⁹ ifideles ⁊ inimici dei nõ eq̃alẽt vni amico ỏi. Prouer. xv. Melior ẽ vn⁹ timẽs deũ q̃ mille impij: imo etiã q̃ millemilia millesies.

Quartũ patꝫ/ qz q̃cq̃d dari põt citra visionẽ dei ⁊ fruitiõez nõ põt eq̃alere vni btõ.

Quintũ patet. Nã illa vnio q̃ ẽ p mr̃nalẽ ꝯceptõez trãscedit oẽs iferiores in ifinitũ: put in ipa itelligit mr̃n⁹ amor sibi cozrñdens. amor inq̃ fruitiu⁹ ⁊ brific⁹

Sextũ patꝫ: qz ascẽsus ille q̃ est ad psonalẽ vnionẽ tãte trãscẽdentie ẽ q̃ relq̃ oẽs citra ipm infinities multiplicati ei eq̃alere nõ possent. et hꝫ put in psonali vnione intelligit beatifica refectiõ mentꝫ deo personal'r vnite. Patet itaq̃ ex dictis q̃ vnio illa qua virgo dei mater est ipsi deo vnita incompabiliter transcendit oẽs alias vniones citra psonalem vnionẽ. Jdeo ⁊ status ei⁹ brificus seu exaltatio i gloria incompabiliter transcẽdit oẽs status ⁊ preeminẽtias oim btõꝝ. Unde dicit Bec̃. Btã virgo dine sapie pfundissimã vltra q̃ credi valeat penetrauit abyssũ vt qu ũntũ sine personali vnione creature cõ/

ditio patrīs luci ſūi inaccessibili videak im/
mersa. Hec ille. Bñ igīt pōt intelligi figu
rata p arcā noe. de q̄ dr Ecclī. xliij. Reqe/
uit arca sup montes armenie. Vñ dr Da
mas. ser. de natiui. Marie. Te arca pfigu/
rauit scōi mundi ferens semina. Hec ille.
In arca q̄ppe saluati sunt oēs q̄cunq; sal/
uati sunt tpe diluuij r per eos q̄ in illa ar/
ca fuerunt reparatū est r multiplicatū hu
manū genꝰ. In btā etiā ꝑgine saluant q̄cū
q; saluant tpe diluuij hui⁹. i. tpe status pe
riculosi pūtis vite. Btā pfecto virgo ma/
ria ē arca in q̄ oēs electi vna fide salutē iue
nūt. Qui extra hāc arcā fuerit iuēt⁹ pibit
in diluuio vt heretici/scismatici/apostatici
obstinati q̄ sunt velut cozui ex arca iecti.
Sīc aūt p eos q̄ in arca fuerunt reparatū
est r multiplicatū genꝰ hūanū: sic p veruz
noe. i. chīm q̄ est vera reqes iustoz: multi/
plicatū est genꝰ electoz r fidelīū p virtutē
regeneratiuā sacramentoz. Nota tria cir/
ca arcā. Primo ortificij q̄litatē: qz ex lignis
leuigatis r cū fenestra vitrea tē. Scdo of
ficij vtilitatē: quia nemo saluat⁹ nisi in ea.
Tertio termini stabilitatē seu sublimitatē
qz sup montes armenie. Est igīt btā ꝑgo
(vt dīc Dam.) arca scōi mūdi ferens semi/
na. Primꝰ q̄ppe mūd⁹ multiplicat⁹ est p ge
nerationē naturalē: sz scōs mund⁹ (spūalit
loq̄ndo) est mltitudo fideliū r electoz spi/
rituali chīi semie generatoz. Hec igīt ar/
ca tandē reqeuit sup montes armenie, i. su
pōes scōs celestis curie. Desiderabāt q̄p
pe eā ꝑgines r imitabāt secū pmanere. qz
ꝑginū pmiceria est. Confessores: qz virtu
tū oīm est forma r exemplar. Martyres:
qz martyr ímo vt supra dictū ē plus q̄ mar
tyr in ania. Apli: qz eorū dña et magistra.
Prophete: qz ab eis magnifice ꝓpherata.
Patriarhe: qz ex eis nata. Angeli: qz eis in
vita similima. Sz hos oēs trāscendit vir
go maria. qz mr̄ est dñi r celestis curie re
gina. Ihū chīs sublimauit eā ad dexteram
suā. Vñ patz sue locatiōis ēminentia in
glīa celesti.

Scdo admirabāt r sancti

in assūptione glīose ꝑgis videntes suā cō/
sūmatā glīam. Dīc brūs tbo j. ij. q. xiij. ar.
v. q̄ aie scōz a corpib⁹ sepate nō būt oēm
pfectiōez seu ꝛsūmatiōnē btitudinis Et h̄
est qz aia sine corpe nō hz pfectiōez natu/
re: cuz sit naturale ꝑs nature hūane. Qz
aūt ps est q̄dāmō imꝑfecta a suo toto se
parata. Perfectio aūt gr̄e cuiuslīmodi ē bti
tudo pūpponit pfectionē nature. Hec ille
Btā aūt ꝑgo maria glīficata est in aia et
ceñ. iminere dispendiū inde sponte disces-
sit ꝛ ad Ludouicū francoꝝ regē confugit
a q̄ benignissime suscept⁹ ē ꝛ necessaria vi-
te sibi assignauit q̄usq; pax ecclie reforma
ret. Solicitauit insup rex francoꝝ summū
pontificē vt sine vlteriori dilatione ad re-
formandū pacē ecclie anglicane laboraret
Miserat⁹ etiā p̄fate ecclie anglicane deso-
lationē: guillerm⁹ seneñ antistes sedē apo
stolicā petijt/impetrauitq; vt rex anglorū
anathematizaret oī appellatione postposi-
te nisi a sua ꝑtinacia desisteret. Sic itaq;
artat⁹ verbis saltē adq̄euit q̄uis nō anio.
Reuersus ē igit thomas septimo exilij sui
anno: ꝛ a ꝓplo honorifice multū suscept⁹.
Sed post paucos dies dānis ꝛ iniurijs su
pra modū affectus ē. iiij. Reg. xvij. Illi nō
audierunt. i. aplico mandato vere obedire
noluerunt: sz iuxta ꝯsuetudinē suā ꝑpetra-
bant. ¶ Tertio ꝑsecuti sunt eū ꝑ facinoro-
sam inuasionē Ps. Considerat pctōr iustū
ꝛ q̄rit mortificare eū. In q̄ inuasiōe tria sc̄
nob ꝯsideranda. ¶ Primo ꝯsideranda est
gl̄iosi pontificꝫ benignitas q̄ seip̄m obtul-
Occurrētib⁹ ei furibūdis militib⁹ q̄rētib⁹
euz ad mortē dixit. Ecce ego q̄d vultꝫ: In
h̄ secut⁹ dñm q̄ suis ꝑsecutorib⁹ ꝓcessit ob
uiā: di. Quē queritꝫ ꝛc. Ego sum. vt habe
tur Jo. xviij. Nec metu mortꝫ a suo sancto
ꝓposito cessauit nec eis in aliq̄ obedire vo-
luit nisi sp saluis ecclie iurib⁹ q̄npotius eis
rñdit decetero se viriliť in cā ecclie sp actu-
rū: ꝛ errata singl̄a correctuꝝ. Apo. ij. Esto
fideliis vsq; ad mortē: ꝛ dabo tibi coronam
vite. ¶ Scdo est ꝯsideranda martyrij san-
ctitas q̄r passus est in loco sctō ꝛ int̄ man⁹
sacerdotū ꝛ religiosoꝝ i tp̄e sacro ifra octa
uā dñice natiuitatis et ꝑ sctā cā. s. ꝑ sancta
ecclia. vñ spēaliter dici pt martyr ecclie: q̄r
ꝑ cā ecclesie passus. Joan. x. Ego sum pa
stor bonus: bonus pastor animā suā dat ꝑ
ouib⁹ suis. ¶ Tertio est ꝯsideranda ꝑsecu
toꝝ crudelitas Coronam em̄ capitis sacri
crudeliť amputauerūt. indeq; cerebrū cuz
sanguine ꝑ pauimentū sparsert. voluertq;
corpus eius aut in lacū proijci aut in pati-
bulo suspendi dicentes illud nō esse dignū
ecclīastica sepultura. Vide legēdas. Ode
runt me iniq̄ q̄ retribuunt ꝛc.

Tertia excellentia contemplāda cir
ca iusticiā gl̄iosi martyris thome ē
excellentia declarationis veneran
de. quō scz excellenter declarauit dñs q̄ ac
cepta sibi fuerit gl̄iosi thome ꝑtuosa boni
tas siue iusticia ꝛ q̄ gl̄iosus sit nūc in celis
pro sue bonitatis ꝛ iusticie ꝑseuerātia. Jo.
xij. Siq̄s mihi mīstrauerit: hono. eū pat
me⁹ ꝛc. Honorificauit q̄ ꝓpe p̄r celestꝫ glo
riosum thomā gl̄ificando ip̄m in celis. et
hmōi gl̄iam in terris declarando. Et hoc
potissimū triplici declaratione

¶ Prima ē declaratio p̄nunciatiua.
¶ Scda est declaratio certificatiua.
¶ Tertia ē declaratio testificatiua.

Prima ē declaratio p̄nun
ciatiua. Reuelatū em̄ fuit ei in exilio existē
ti q̄ ad suam esset ecclīam regressur⁹ ꝛ ad
chr̄m cū martyrij palma migratur⁹. Itez
per aliquot dies añ eius martyriuz iuue-
nis quidē de corpe exiens ꝛ postmodū mi
raculose regressus aiebat q̄ vsq; ad supre-
mū sanctoꝝ ordinē direct⁹ fuit ꝛ inter apo
stolos sedē q̄ndā vacuaz vidit. ꝑcontanti
aūt cui⁹ eēt hec sedes. angel⁹ rñdit q̄ cui
dā magno sacerdoti angloꝝ ꝓuabat Apo.
iij. Qui vicerit dabo ei sedere mecū i thro
no meo.

Scda est declaratio certi-
ficatiua facta. s. ꝑ angelos. Dū em̄ clerici ꝓ
eo exeq̄as facerent ꝛ missā inciperent de
functoꝝ subito (vt aiunt) angeloꝝ astātes
chori vocē cantantiū interrūpunt ꝛ offici
um martyris incipiunt. s. Letabit iustus i
dño ꝛc. Et tunc statim clerici prosequunt.
Hec est mutatio dextere excelsi duz cant⁹
meroris vertitur in canticū laudis. Et re
uera eximia comprobat p̄ditus sanctitate
ꝛ gloriosa insignitus martyrij palma quē
angeli tanto donauerunt honore ꝛ sancto
rum martyꝝ cathalogo palam declaraue
runt ascribendum.

Tertia est declaratio testi
ficatiua que scilicet facta est per miracula
q̄ sue sanctitati atq; gl̄ie testioniū ꝑhibēt.
Est aūt h̄ testioniū triplex ¶ Primū ē te

stimoniū viuoꝝ q̄ p scti huius merita impetrarūt a dño q̄ postulauerūt iuxta sepulcrū eius orātes: aut etiā in loco in q̄ pcussus est. Lecis em̄ visus: surdis auditus: claudis gressus est repat̄. Porro aq̄ qua panni eius sanguie respsi loti sunt/plūmis extitit in medela. Vide hec ꝛ alia multa in legēdis. Vbi etiaz hī q̄ blasphemi q̄ miracul' huius ꝛ sctitati gl'iosi viri detrahebāt: a demonio arrepti sunt. ¶ Scōm est testimoniū moꝝtuoꝝ q̄ p eius merita surrexerunt.

¶ Tertiū est testimoniū pſecutoꝝ q̄ diuersis pēnis mirabil'r afflicti sūt/adeo vt alij digitos ꝓtios dentib⁹ discerpētes: alij sanie destillātes: alij galysi dissoluti: alij amētes effecti/miserabil'r interirent. Ecci. iij. Vsq; ad moꝛtē certa, p iusticia: ꝛ deꝰ expugnabit, p te inimicos tuos. Hec ibi. Patet itaq; excellētia iusticie ꝛ ꝓtutis atq; sanctitatis gl'iosi rhome. Huc igit̄ deuoꝝ iuuencm̄ cordib⁹/vt suis meritis iustificari: diuina gratia dotari: demūq; cum eo i celis glorificari mereamur. Amen.

De bto Siluestro papa Sermo

Serue bone et fidelis intra in gaudium dñi tui. Matth. xxv. Ōēs debemus esse serui boni ꝛ fideles dñi p̄cipue xp̄i tria.

¶ Primo rōne formationis.

¶ Scōo rōne reformatōis siue redēptōis

¶ Tertio ratione cōductionis.

Primo rōne formatōis. Esa. xliij. Formatus me⁹ es tu israel nō obliuiscaris mei. Et mgr̄ dr. ij. sentē. dist. j. Factꝰ ē hō ꝓpter deū vt ei seruiret: ꝛ mūdus ꝓpter hoiem vt homi seruiret. Positꝰ est ḡ hō in mūdo vt ei seruiret ꝛ ipe seruiret ꝛ vtrūq; acciper. Voluit em̄ deꝰ ab hoie sibi seruiri vt ea seruitute nō deꝰ sed hō seruiēs tuus/rer: et mūdus seruiret hoi vt sit̄ hō tuus/rer. Totū igit̄ bonū hois est ꝛ qđ factum est ꝓpter ipm̄ ꝛ ꝓpter qđ ipe factꝰ est. Ideo apls dr j. Coꝝ. iij. Oia vr̄a sunt: vos aūt chr̄i. Nota q̄ dr: oia. s. supiora: eēlia: ꝛ inferiora. Supiora ad pfruendū: vt deus. Eēlia ad cōmuendū. s. angeli: q̄ lz mō sint nobis supiores: in futuro tn̄ erunt eēles. Matt. xxij. Erunt sicut angeli dei in celo q̄ ꝛ mō nobis dati sunt in custodes. ¶ Secundo rōne reformatiōis siue redēptiōis. j. Coꝝ. vj. Empti ei est̄ p̄cio mag̃. Et ibi p̄mēntif: nō est̄ vr̄i. Et. j. Pet. j. Nō coꝝruptibilib⁹ auro vel argēto redēpti est̄: sed p̄cioso sanguie agni imaculati ꝛc. ¶ Tertio ratione ꝺductiōis. Mat. xx. Exiit p̄mo mane cōducere operarios in vineā suā ꝛc. Bre. in homel. Cōductio est vite eterne, p̄missio, p opib⁹ seruitut̄ nr̄e: cū q̄b⁹ seruis vult ponere rōnem in fine. Hō em̄ cū sit aial rationale/rōnaliter viuere debet: nō bestialiter: ꝛ de vita sua rōnem deo reddere. Jōo dicit in cō. xv. q. j. Merito. §. Ex eo. Homines qr rōnales sunt facti: de se ꝛ de oibus rōnem reddituri sunt. Aug. in solilo. Infelices sunt q̄ ignorāt q̄d faciūt ꝛ rōnē nō būt: vadūt de tenebris ad tenebras et nesciunt vbi cadunt. Infeliciores q̄ sciūt p rōnez q̄d faciūt ꝛ aplꝰ ocul' ad ifernū descēdūt. Hec ille. De oib⁹ itaq; sum⁹ rōnez reddituri ꝛ iuxta qđ fecerim⁹ mercedē recepturi. Ūñ vnicuiq; q̄ fidel'r deo seruierit dicet dñs verba p̄us assumpta. Serue bone ꝛ fidelis intra in gaudiū ꝛc.

¶ Notādū q̄ppe q⁹ hoies seruiētes sūt iu tripūci differētia. Quidā sūt serui peccati et diaboli: sed nullo modo dei. Joan. viij. Qui facit pctm̄/seruꝰ ē pcti. glo. i. diaboli. Alij sunt serui dei sed nō boni ꝛ fideles: q̄ sez ea q̄ sunt bona faciūt: sed ex timore: nō ex charitate. ideo nō sunt boni fui q̄ nō diligunt dñm. ij. Coꝝ. ix. Nō ex tristicia aut ex necessitate: hilarē em̄ datoꝝē diligit deꝰ. Hec ibi. Jtē ea q̄ faciūt nō faciūt in laudē dei sed ad gl'iam ꝓpriā vel tpale cōmoduꝫ aspiciētes: et plerūq; etiā a via ꝓtutis deuiātes. Jdeo nō sūt serui fideles q̄ donis dei abutunt. qr nō est in eis coꝝdis rectitudo in gl'iam dei. Pſ. Coꝝ aūt eoꝝ nō erat rectū cū eo: nec fideles habiti sunt in testamēto eius. Tales itaq; serui nō intrabūt in gaudiū dñi. Soli em̄ bono suo ꝛ fideli dr Intra in gaudiū dñi tui. ¶ Redrit aūt triplex fidelitas in bono seruo dei. ¶ Prima ē fidelitas sincere dilectiōis. Debet em̄ aia q̄ est chr̄i spōsa diligere eum coꝛde castissimo vt nullū penit⁹ admittat amoꝛē extraneū. Bern̄. Nō caste diligit deū qui aliq̄d diligit p̄ter eum. Hec ille. Unde quoties aīa amoꝛē aliquē amoꝛi chr̄i dissonū ad-

mittit: efficit adultera. Scda est fideli-
tas iuste dispēsatiōis: vt scz oia nob a deo
data sm eius bñplacitū dispēsemus. Unde
Matt. xxv. ille q̄ cōmissis talēt bñ vsus ē
vocat a dño seruus bonus ⁊ fidel. j. Cor. iiij.
Hic iā q̄rit inter dispēsatores vt fidel q̄s
inueniat Hec ibi. Tertia ē fidelitas re-
cte intētiōis vt dei gl̄iam in oib opib no
strz q̄ramus. j. Cor. x. Oia in gl̄iam dei fa
cite. Bern. Fidel reuera dñi seruus es si ō
gl̄ia dei etsi nō exeūte ex te: tñ trāseūte p te
nihil manib tuis adherere ꝯtingat. Hec
ille. Infidel quippe seruus ē q̄ p se sumit qd
soli dño debet. Soli aūt deo honor ⁊ gl̄ia
vt dr. j. Tim. j. Dicamus itaq̄ qm̄ beatus
Siluester fuit dñi seruus bonus ⁊ fidel cui
a dño tandē dictū est Serue bone ⁊ fide-
lis intra i gau. dñi tui. Intrauit aūt i gau
diū dñi p̄cipue p triplicē viā: p quā etiam
appuit eē seruus dñi bonus ⁊ fidelis.

Primo p fidei efficaciā virtuosam.
Scdo p tribulatōis angustiā dolorosā
Tertio p pastoralē diligētiā oposam

Primo p fidei efficaciā. Fides pfe
cto necessaria ē vt sit hō seruus dei
bonus ⁊ fidel. qr vt dr Aug. Sine
fide falsa ē ois virtus. Idē de fide ad pet.
Sine fide ois labor vacuus est. Et Heb. xj
Sine fide ipossibile ē placere deo. Idcir-
co etiā necessaria est ad intrādū gaudium
dñi. qr vt dr Apoc. xxj. increduł: Pars il-
lorum erit in stagno ardenti igne ⁊ sulphure
Aug. de fide ad Petrum. Sine fide nemo p̄t
ad nūerum filiorum dei ptingere. Et Heb. xj.
Fide enoch trāslatus est in paradisum. Et
Tob. ij. Uitā illā expectamus quā dñs de-
us daturus ē his q̄ fidē suā nunq̄ mutāt ab
eo. Hec ibi. Apparuit aūt in beato Silue
stro excellentia fidei triplex.

Primo ex animosa constantia.
Scdo ex gl̄iosa victoria.
Tertio ex miraculosa euidentia

Primo ex aniosa cōstan-

tia ꝯ Tarq̄ni pfecti cōminationē: q̄ sibi cō
minabat mortē i crastinū nisi sacrificaret
idolis. Cui cōstātissime rñdit btūs Sil-
uester. Stulte/hac nocte morierz ⁊ sempi-
terna tormēta recipies. qd ⁊ ita factuz est.
Miserabil̄r em̄ mortuus ē illa nocte ex osse
piscis in gutture trāsuersato. ij. Esdre. viij
Ego constans anio factus sum sm opitula-
tionē dñi dei tui. Apparuit etiā eius cōstan
tia qñ vidit milites Cōstātini ad se veni-
entes cum suis clerit associatus latitaret in
q̄dam mōte ppt Cōstantinū chr̄ianos p-
seq̄ntē. tūc q̄ppe cū eos vidit/statiz ad mar
tyrij palmam credidit se vocari. Intrēsi-
dusq̄ ad Cōstātinū accessit: pat oino ad
martyriū p chr̄o sustinēdū vt cōstās ⁊ for-
tis athleta chr̄i. Hmōi aūt cōstātia ⁊ for-
titudo erat in eo ex fide. Heb. xj. Per fidē
fortes facti sunt in bello.

Secūdo ex gloriosa victo

ria ꝯ iudeorum disputatōez. Iudeos em̄ du
odecim sapia ⁊ eloq̄ntia p̄ ceterz rutilātes
disputādo confutauit ⁊ ad fidē conuertit.
Heb. xj. Scti p fidē vicerūt regna. Et j.
Joā. vl. Hec est victoria q̄ vicit mdm fi-
des nr̄a. Hec ibi. Per hāc aūt victoriā in-
trat in gaudiū dñi. Apocal. iij. Qui vice-
rit dabo ei coronam vite.

Tertio ex miraculosa eui-

dentia. Miraculorum em̄ opatio attribuit fi
dei: sm illud Lu. xvij. Si habueritz fidem
sicut granū sinapis dicetz mōti huic: trāsi
hinc: ⁊ trāsibit. Et Mat. ix. Oia possibi-
lia sunt credēti. Miraculorum q̄ opatio atte
stat fidei excellentiā. Et h ppt duo: vt dic
btūs Tho. ij. ij. q. clxxviij. Primo/qr mi-
raculorum opatio ordinat ad ꝯfirmationē fi
dei. Scdo/qr pcedit ex dei oipotētia cui fi
des innitit. Hec Tho. Fecit aūt b. Sil-
uester miracula: taurū mortuū suscitando
quē Xābri vnus duodeci iudeorum p̄dictorum
sua fallacia occidit. Et tūc Helena regina
q̄ p̄dictos iudeos adduxerat ⁊ iudices assi
stētes: ⁊ tria forte milia virorum ꝯuersi sunt ad
fidē. Itē draconē crudelē alligando q̄ plus
q̄ trecentos homines infecerat flatu suo.
Item duos viros ex flatu draconis pene
exanimes sanitati repando. Ex q̄b mira
culis ifinita mltitudo conuersa ē ad dñm.
Hec oia sup̄dicta vide planius i legēda. Ex
his igit trib p̄dictz appet in b. Siluestro
fidei efficacia p quā meruit itrare in gaudi
um dñi. j. Pe. j. Credētes exultabitz leti-
cia ienarrabili ⁊ gl̄ificata reportātes finem

Secū- (fidei vr̄e salutē aiarum vr̄arum
do intrauit btūs siluester i gaudi-
um dñi p tribulatiōis angustiam

dolorosam. In tribulatione ꝓfecto cognoscit bonꝰ seruꝰ dei ⁊ fidelis. In tribulatõe eñ ꝑbat fidelitas seruorũ dei. Eccl. xliij. In tentatiõe inuentꝰ ẽ fidelis. Et ibidẽ. ij. ca. In hũilitate tua patiẽtiam habe. qm̃ in igne ꝑbat aurꝰ ⁊ argentũ. Homines ꝙ recepti/ biles in camino humiliatiõis. Hec ibi. Et exponit: receptibiles in gaudio celesti. Vñ sicut dr Act. xiij. Per mltas tribulationes oportet nos intrare in reg. celorũ. Et Bar. v. Bti q̃ ꝓsecutionẽ patiunt ꝓpt iusticiã: qm̃ ipoꝝ est reg. ce. Et. ij. Cor. iij. Id qõ in ꝑsenti momentaneũ est ⁊ leue tribulatiõis nr̃e/sup modũ in sublimitate eterne glie põdus operat in nob̃ tc̃. Passus est aũt btus Silvester ꝑcipue triplicis tribulationis augustiam.

¶ Prima est angustia tribulatiõis cõminatorie

¶ Secũda est angustia tribu/ (natorie latiõnis ꝓsecutorie.

¶ Tertia ẽ angustia tribulatiõis ꝺdictorie.

Prima est angustia tribu

latiõnis cõminatorie: qñ. s. Tarquinꝰ cõminatus est ei mortẽ: vt ꝰ. dictũ est. Eccl. xxij. Ante ignẽ camini vapor ⁊ fumꝰ ignis inalt abit: sic ⁊ añ sanguinẽ maledicta ⁊ ꝓtumelie ⁊ mine.

Secũda est angustia tribu

latiõis ꝓsecutorie: qñ scz fugit ꝓpter Constantini ꝓsecutionẽ: parat ꝰ tñ sꝙ ꝑ dño mori. Has igit tribulationes patienter atq; gaudenꝫ sustinuit. j. Cor. iij. Persecutionẽ patimur ⁊ sustinemꝰ. Et. ij. Cor. iij. Persecutionẽ patimur sed nõ derelinquimur: deijcimur sed ñ ꝑim ꝰ: sp mortificatiõnẽ iesu in corpe nr̃o circũferẽtes. Hec ibi. Et Ro. v. Gliamur i tribulatiõib. Has ꝓfecto tribulatiões ⁊ ꝓsecutiões nõ timuit btus Silvester: attẽdens illõ verbũ salvatoris Luc̃. xij. Dico aũt vob amicis meis ne terreamini ab his q̃ occidũt corpꝰ: ⁊ post hec nõ hñt amplꝰ q̃d faciant. Ostendã aũt vob quẽ timeatis. Timete eũ q̃ postq̃ occiderit corpꝰ habet ptãtez mittere in gehẽnã. Ita dico vob hũc timete tc̃. Hec ibi. Q; si obijcias forte de fuga bti Silvestri: et ideo videt timuisse. Dicẽdũ ꝙ ñ ex timore mortis fugit. sz iuxta doctrinam dñi faciẽdo q̃ dr Matt. x. Cũ ꝑsequentur vos in ciuitate ista/ fugite in aliam. Ubi sciendũ ꝝm Nico. de Lyra. q̃ ꝓsecutio alicui ꝑsonalis: vt qñ alicui⁹ q̃rit ad mortẽ: nõ qz fidelis ꝓncipalr: sed ꝓpter odium ꝑsone determiate. et tunc est sp fugiendũ sicut Paulꝰ q̃rebat ad mortẽ in Damasco vt dr Act. ix. cũ tñ alij fideles ꝓmitterent ibi pacifice habitare. ideo demissus a fribꝰ p murũ: fugit ꝓsecutorẽ ꝑsonalẽ. vt ipse dr ij. Cor. xj. Aliqñ aũt nõ est soluz ꝓsecutio ꝑsone: sed etiã fidei ⁊ iusticie. et tunc si hõ ꝓcipiat ꝓbabilr q̃ ex fuga sua sequat deriso fidei ⁊ depssio iusticie: fuga est mala: et est pctm̃ mortale. Si aũt hoc nõ appet ꝓbabiliter sed magis ꝓfectui: vtpote qz ex tali fuga põt alibi fieri vtilitas ecclie. vel etiã qz talium ꝓgrẽtũ vita ⁊ doctrina est adhuc satis necessaria ꝓ defensione iusticie ⁊ edificatione mẽbroꝝ ecclie. ex remissiõe aũt nõ haberet nisi occisio mostroꝝ ecclesie a canib. i. obstiantz infidelibꝰ: ⁊ cõculcatio margaritaꝝ. i. articuloꝝ fidei ab ipsis: tunc est fugiendũ ⁊ alibi ꝓficiendũ. Sic itaq; fugit btus Silvester: semp tñ paratus ꝓ dño morte sustinere: vt euidẽter oñdit cum adeum venerũt milites cõstantini vbi latitabat: vt ꝰ. dictum est.

Tertia est angustia tribu

latiõnis ꝺdictorie: eũ scz sibi ꝓtradicebãt iudei ⁊ alij mlti ꝓtra ꝓfitarẽ fidei. Ps. Vidi iniq̃tatẽ ⁊ ꝓtradictionẽ in ciuitate. Sz btus silvester viriliter arguebat eos. Ad Tit. j. Potens exhortari in doctrina sana ⁊ eos q̃ cõtradicũt arguere. Hec ibi. Act. vj. Nõ poterãt resistere sapie ⁊ spũi q̃ loq̃bat. qz sicut dr Mat. x. Non enim vos estis q̃ loq̃mini: sed spũs patris vr̃i q̃ loq̃tur in vobis. Sic itaq; ꝓbatus est btus Silvester tanq̃ seruus chr̃i bonus ⁊ fidelis per tribulationis angustiam per quam ⁊ intro/iuit in gaudium dñi. Unde dicit Judith viij. Per multas tribulatiões trãsierũt fideles. et Ecc̃i. xxij. In tẽpore tribulatiõnis permane illi fidelis vt ⁊ hereditate illius coheres sis. Et Roman. viij. Heredes q̃dem dei: coheredes autem christi. si tamen compatimur vt simul et glorificemur. Et. ij. Timot. ij. Fidelis sermo. nam si cõmortui sumus. scz cum christo per tolerantiam aduersitatis et persecutionis: et conuiuemus. si sustinebimus: et con/

Ser. de sctō Siluestro

regnabim⁹. Et. j. Pe. iiij. Cōicantes chr̄i passionib⁹ gaudete vt ⁊ in reuelatione glorie ei⁹ gaudeatis exultantes. Et Bern̄. in ser. de ramis pal. Pn̄s tribulatio est via vite: via glorie: via ciuitatis habitaculi: via regni Hec ille. Hic ꝓfecto est turbo ille ꝑ quem helias. i. vir iust⁹ ascendit in celū. vt dr. iiij. Reg. ij. Qm̄ igit̄ multas tribulationes passus est gl̄iosus Siluester: Idcirco merito dicit ei dn̄s. Serue bone ⁊ fi. intra in gau. ⁊c̄.

Tertio apparuit gloriosus siluester bon⁹ dn̄i ſuus ⁊ fidelis ⁊ intrauit i gaudiū dn̄i ꝑ pastoralē diligentiā operosam ⁊ vigilē. In pastorali ꝓfecto diligentia on̄dit̄ bonitas atq; fidelitas pastoris ⁊ ꝑ eam tandē intrat in gaudiū dn̄i. Vn̄ Mat. xxiiij. Quisputas est fidel' ſu⁹ ⁊ prudēs quē ꝯstituit dn̄s sup familiā suā vt det illis cibū in tpe: Btūs ille ſu⁹ quē cū venerit dn̄s ei⁹ inuenerit sic facientem. Amen dico vob̄ sup oīa bona sua ꝯstituet eū. q; vicz btitudo ad quā sic introducit̄ ē status oīm bonoꝝ aggregatione ꝑfectus. vt dr. iij. d ꝯsol'. Et lu. xij. Quisputas ē fidelis dispensator ⁊ prudēs quem ꝯstituit dn̄s sup familiā vt det illis i tpe tri. mēsu. Btūs ille ſu⁹ quē cū venerit dn̄s iuenerit sic facientē. Vere dico vob̄ qm̄ sup oīa que possidet ꝯstituet illū. Hec ibi. Fuit aūt beatus siluester vigilans ⁊ diligens in officio pastorali pascēdo ꝑplz d̄i. apo. iij. Esto vigilans ⁊ ꝯfirma cetera q̄ moritura erant .i. ꝯfirma tibi subditos ꝟbo ⁊ exemplo q̄ iō dicunt̄ morituri q; ꝑpl's d̄ facili labitur ad pctā nisi exemplo ⁊ ꝟbo pastoꝝ sustentet̄. Hiere. vj. Pascet vnusq̄sq; eos q̄ sub manu sua sunt. Pauit aūt gl̄iosus Siluester ꝑpl'm sibi cōmissū diligent̄ ⁊ vigilanter triplici pastu seu pabulo

¶ Primus est pastus tpalis sustētatiōis. Iste est bonus.

¶ Scd̄s est pastus doctrinalis instructionis. Iste est melior.

¶ Tertius est pastus ꝟtualis exemplationis: Iste est optimus.

Primus est pastus tpalis

sustētationis Amb. Pasce fame morientē. Si em̄ pascēdo ſuare potueris ⁊ nō paueris occidisti. Et hr̄ h. lxxxvj. di. c. Pasce Idem in lib. d̄ offi. ⁊ hr̄. xij. q. ij. Aur. Aurū hz eccl'ia nō vt ſuet sz vt eroget ⁊ subueniat in necessitatib⁹ paupeꝝ. Hec ille. Fuit q̄ꝑpe btūs siluester oīno dedit⁹ opib⁹ pietatis ⁊ mie. Vn̄ oīm orphanoꝝ: viduarū: ⁊ paupeꝝ noīa in scriptis habebat ⁊ oīb⁹ de necessarijs ad vitā ꝓuidebat. j. Tim. iiij. Pietas ad oīa vtilis est. Erat em̄ hospital multū. Vide hec ⁊ alia ampli⁹ in legendis Hebre. xiij. Hospitalitatē nolite obliuisci Et. j. Pe. iiij. Hospitales inuicē sine murmuratiōe. et Rhom̄. xij. Hospitalitatē sectantes. Sic itaq; pascendo ꝑpl'm tpali et corpali pabulo meruit intrare in gaudiū dn̄i. Lu. xviij. Da paupib⁹ ⁊ habebis thesau. in ce. et Tobie. iiij. Quō potueris esto misericors ⁊c̄. Premiū em̄ bonū tibi thesaurizas ⁊c̄. et Mat. xxv. Dicet dn̄s iust. Venite bn̄dicti pr̄is mei ꝑci. re. ⁊c̄. Esuriui em̄ ⁊ dedistis mihi manducare. Sitiui ⁊c̄. Hospes erā ⁊ collegistis me ⁊c̄. Et sequit̄. q̄diu vni ex minimis meis fecistis: mihi fecistis. Vn̄ ptz q; ꝓpter opa pietatis ⁊ miscdie introducunt̄ boni in gaudiū dn̄i sui tanq̄ serui boni ⁊ fideles fideliter vicz dispēsātes bōa sibi a dn̄o ꝯcessa ⁊ cōmissa

Scd̄s ē pastus doctrinal'

instructionis. Hiere. iij. Dabo vobis pastores iuxta cor meuz ⁊ pascent vos scīa et doctrina. Bern̄. Hec sunt q̄ pastori ꝯueniunt: bonitas: disciplia: ⁊ scīa. Bonitas nahit: disciplina corrigit: scīa pascit. Hec ille. Ad titū. ij. Loq̄re ⁊ exhortare. Greg. Pastor duz delinq̄ntes corrigere noluerit: ꝑculdubio tacēdo occidit. Hec ille. Beat⁹ itaq; siluester pauit documētis ⁊ doctris spūalib⁹ ꝑpl'm: infideles ad fidē vocando ⁊ in fide instruendo. Int̄ q̄s etiā ipm constantissimū imperatorē instruxit ⁊ baptizauit. Vide legendā q; pulcra est illa historia. Pauit insup iā instructos ꝯfirmādo ad bonū sp̄ admonēdo Ad titū. iij. Admone illos ad oē opus bo. ꝑatos eē Preterea pauit ipm cleꝝ ad vigilē greg. cōmissi custodiā exhortādo. Vnde morti appropinquās cleꝝ monuit vt int̄ se sp̄ charitatē haberent ⁊ eccl'ias suas diligentissime gubernarent. Et post hec in dn̄o feliciter obdormiuit anno dn̄i. cccxx. Sicq; vt fidelis seruus intrauit in gaudium dn̄i sui. Dan̄ xij.

Qui ad iusticiā erudiūt mltos: erūt q̄i stel
le in ꝑpetuas etnitates. Hec ibi.

Tertius est pastus virtua
lis exemplationis. Un Jo. x. dī q̄ bonus
pastor cū ꝓrias oues emiserit: añ eas va//
dit. s. ꝑ bona exempla: t implendo ea q̄ do
cet. Nō em̄ sufficit ouib⁹ bona dicere qz ne
cessariū ē t facere. qz dic̄ Augz. Bñ doce//
re t male viuere: est seipm̄ cōdemnare. Et
sic dic̄ Gregz. Dū pastor ꝑ abrupta sceler
ḡdit: necesse ē vt grex ad p̄cipitiuz seq̄tur.
Jō ad Titū. ij. In oibus ꝑbe te exemplū
bonoꝝ operū: in doctrina: in integritate: i
gnitate. Sic faciebat b. siluester: q̄ adeo fi
de t moꝝ resplēdebat vt nō solū a chr̄i//
anis: verꝝetiā a paganis miro diligerek af
fectu. Per hāc itaq̄ pastoralē diligētiā vt
seruus bon⁹ t fidelis intrauit in gaudiuz
dñi. j. Pe. v. Pascite q̄ in vob̄ est gregem
dei: puidētes nō coacte sz spōtanee fm̄ de//
um: neq̄ turpis lucri gra: sz volūtarie: ne//
q̄ vt dñantes in cleris sz forma facti gre//
gis t ex aio. Hec ibi. Et nota q̄ dic̄: nō co
acte sz spōtanee. i. non amaro aio sz libero
et charitate. alias em̄ nō esset ser⁹ bon⁹.
Nota etiaz q̄ dic̄: neq̄ turpis lucri gra. i.
ꝓter questū t̄palem aut vanā gl̄am sz vo
luntarie ꝓpt̄ hōrez diuinū. neq̄ vt dñantes
t̄. tanq̄ elati p̄ superbiā: sz facti forma. i. exē
plar gregz: p̄ scām̄ ꝙuersationē exemplarē
alias em̄ nō essent futi fideles. Et deinde
sequit remuneratio cū dic̄ ibidē. Et cū ap
paruerit ꝑnceps pastoꝝ p̄cipietis imarces
sibilē eterne gl̄ie coronā. Hec ibi. Et di//
cit⁹ itaq̄ ptz q̄m gl̄iosus siluester fuit fide
lis ser⁹ t bonus. Bon⁹ inquā ꝓpter cha//
ritatiuā affectionē. Nam charitas eoq̄ ani
mā vnit deo facit eā ꝑticipare diuinā bo//
nitatē t sic facit eā bonā ꝑticipative. qz sic
dī Luc. xviij. Nemo bon⁹ nisi solus deus
Nō est intelligendū de bono ꝑ essentiam
Dic̄t aūt hō bonus ꝑ ꝑticipationē diuie
bonitatis que hī ꝑ charitatē p̄ quā mens
hūana adheret ipi sūmo bono. et vn⁹ spiri
tus cū deo efficit⁹ iuxta illud apl̄i. j. Co. vj
Qui adheret deo vn⁹ spūs ē. Fidelis autē
dī: ꝑ talentoꝝ sibi cōmissoꝝ fructuosā dis//
pensationē ad laudē dei t gl̄iam. Jō rādē
merunt audire illā dulcissimā dñi vocem.
Euge fue bone t fidelis t̄. Intra in gau
dium dñi tui. Huiꝰ itaq̄ exemplo studea//
mus deo fultre fideliter vt inter bonos et
fideles dñi suos inueniri: t rādē in gaudiuz
dñi perennit introduci mereamur: Amē.

De sancto Hilario pictauensi epō
Sermo

Vos estis lux
mundi. Mat. v. Sic̄ in celo po
suit deus luminaria corpalia vt
lucerent sup terrā. vt scribit Gen. j. Jta in
celo militantis eccl̄ie posuit diuersa lumi//
naria ad illuminādas mentes hoim. Ipse
q̄ppe chr̄s est luminare mai⁹ q̄si sol. q̄ dicit
Jo. viij. Ego sū lux mūdi. Jpa aūt virgo
sacratissima mr̄ dei est luminare etiā ma//
gnū: min⁹ tñ q̄ ꝑmū Gen. vij. Pulcra vt
luna q̄ illuminat noctē hui⁹ mūdi. Glioſi
aūt apl̄i t alij sancti sunt q̄si stelle splēdide
Et p̄cipue illi q̄ nō solū vite sanctitate splē
duerūt sz t doctrine claritate oñderunt q̄li
ter discernenda sit ver⁹ a vicio t lux a te//
nebris Gen. j. Posuit stellas in firmamen
to celi vt lucerēt sup terrā t p̄essent diei ac
noct̄i t diuiderent lucez ac tenebras. His
itaq̄ dicit spēaliter dñs. Vos est⁹ lux mū
di. Inter istos aūt rutilantissime splendu
it gloriosus chr̄i confessor hilari⁹ q̄ multipli
citer eccl̄iam illustrauit. Jō vere dici p̄t
lux mundi Lux inquā habens tres nobilis
simas ꝯditiones

Primo splendoris pulcritudinē. Siue
splendorem speciosum.

Scō ardoris plenitudinē. Siue ardo
rem copiosum.

Tertio vigoris fortitudinē. Siue vi//
goreꝫ fructuosum.

Primo igit̄ fuit btūs hilarius lux
p mūdi splēdorē hūs speciosū. Eccli.
xxvj. Lucerna splēdens sup candē
labrū sctm̄. Mat. v. Neq̄ accēdunt lucer//
nā t ponūt eā sub modio: sz sup cādelabrū
vt luceat oib⁹ q̄ in domo sūt. Habuit autē
gl̄iosus hilari⁹ triplicē lucz splendorē.

Primo splendorē sapie luminose.

Scō splendorē relucētie virtuose

Tertio splendorē effulgētie miraculose.

Primo habuit splendorē

sapie luminose. Sap. vj. Clara ē ⁊ q̄ nūq̄ marcescit sapia. Fuit ꝓfecto lumiosus mltū in sapia fidei ⁊ diuine legis. Mltosq̄ libros ꝯscripsit int̄ q̄s libros q̄sdam de diuina trinitate cōpilauit: in quib⁹ mltū elucidat mysteriū trinitatis.

Scdo habuit splēdorē relucentie ꝟtuose. Mat. v. Luceat lux vr̄a coram hoib⁹ vt videant opa vr̄a bona ⁊ glificent pr̄em ⁊c. et. j. Tim. iiij. Exemplū esto fideliū in ꝟbo ⁊ ꝯuersatione. Btūs em̄ hilarius moꝝ grauitate ⁊ virtutū sanctitate pollebat.

Tertio beat⁹ hilarius habuit splendorē effulgentie miraculos. Ps. Illuxerunt coruscatiōes tue orbiterre. Cū em̄ esset in ꝯcilio q̄dam: terra se in altū eleuauit vt sedē sibi ꝑberet vt postea dicem⁹ Itē cū semel rediret pictauiā a loco q̄dam in q̄ cum alijs ep̄is ꝯuenerat de veritate fidei disputatur⁹: ⁊ ad insulā gallinariā descendisset: oēs ꝟpentes q̄b⁹ plena ē illa insula ex sui visione fugabat: ⁊ in medio insule palū fixit nec ampli⁹ eis licuit spaciū illud occupare qd̄ vetuit. Item cuz eēt pictauis infantē sine baptismo defunctū suis Monibus vite restituit Nā tādiu iacuit in puluere donec parit̄ surgerent senex de orōne et infans de morte

Secūdo fuit btūs hilari⁹ lux mundi hn̄s ardorē copiosum. Jo. v. Ille erat lucerna ardēs ⁊ lucēs Ecci. l. Quasi ignis effulgens ⁊ q̄si thus ardēs in igne. Habuit aūt triplicē ardorē

¶ Primo ardorem interne deuotionis inflammatiuum.

¶ Secundo ardorem superne irradiationis diffusiuum.

¶ Tertio ardorem externe persecutionis toleratiuum.

Primo habuit ardorē interne deuotionis inflāmatiuū. Erat ei vir deuotissim⁹. Deuotio q̄ꝑpe (vt d̄t hugo li. de ꝟtutib⁹ orandi) est pi⁹ ⁊ hūilis affectus in deū. Erat aūt totus btī hilarij affectus in deū eleuat⁹. Nam et ꝑmit⁹ vxorē hn̄s ⁊ filiā i laicali habitu monasticā ducebat vitam sp̄ sedulus in diuino ꝟuitio: sed mltō ampli⁹ cū in pictauoꝝ ep̄m elect⁹ fuit. Vn̄ recte hilari⁹ d̄r ab hilaritate: q̄r in dei fuitio sp̄ valde hilaris erat. ps. Seruite dn̄o in leticia. et. ij. Coꝝ. ix. Hilarem enim datorem diligit de⁹.

Scdo beat⁹ hilari⁹ habuit ardorē supne irradiationis diffusiuuz. i. radioꝝ supne doctrine atq̄ instructionis. Mat. xxiiij. Fidelis seruus ⁊ prudēs quez ꝯstituit dn̄s sup̄ familiā suā vt det illis cibū in tpe. Beatus ꝓfecto hilarius gregē dn̄ico celesti cibo doctrine pascebat: ⁊ a lupis. i. hereticis viriliter defendebat. Potuit itaq̄ dicere illud Joā. x. ca. Ego sum pastor bo. Non em̄ videns lupos veniētes fugit: sed oues cōmissas imo ⁊ totā franciaz ab hereticoꝝ rabie viriliter defēsauit. Vnde ptz quantū zelū habuerit ad diuinū honorē ⁊ aīaꝝ salutē. iij. Reg. xix. zelo zelat⁹ sum ꝓ dn̄o deo.

Tertio beatus hilari⁹ habuit ardorem externe ꝑsecutionis toleratiuū Ex ardore nāq̄ charitatis multa aduersa patientissime sustinuit. j. Coꝝ. xiij. Charitas oia suffert. Multas vtiq̄ ꝑsecutiōes ꝓ fide sustinuit hereticis resistendo. Nāpe ne sol⁹ ipe int̄ ep̄os catholic⁹ erat. Semel aūt ad suggestionē duoꝝ hereticoꝝ ep̄oꝝ imperator q̄ et hereticoꝝ fautor erat: btm̄ hilariū cū btō eusebio vercellensi ep̄o i exiliū relegauit. Sic em̄ ꝟpentes ⁊ bufones odorē vineaꝝ fugiunt ⁊ noctue lumen sol odiunt: sic ⁊ ꝑuersi semp̄ odiunt societatē mores ⁊ vitā iustoꝝ. ij. Tim. iij. Oēs qui pie volūt viuere in chr̄o iesu ꝑsecu. patient̄

Tertio fuit btūs hilari⁹ lux mundi hn̄s vigorē fructuosū Eph. v. Fructus lucis est in oi bonitate ⁊ iusticia ⁊ ꝟitate. Habuit aūt glīosus hilarius triplicē vigorē multū fructuosum

¶ Prīo vigorē penetratiuū respectu mysterioꝝ

¶ Scdo vigorē confutatiuū respectu aduersarioꝝ.

¶ Tertio vigorem perseueratiuū respectu actuū virtuosoꝝ.

Primo habuit vigorē penetratiuū respectu diuinoꝝ mysteriorum. Ecci xxiiij. Profundum abyssi penetrauit. Penetrauit q̄ꝑpe glīosus hilarius q̄ntum hūana sinit fragilitas abyssū diuinoꝝ Nā

z adeo ꝓfunde atq; igenioſe locut⁹ ē z ſeri ꝓſit de ineffabili diuine trinitat⁹ myſterio q; ꝑcellentiſſim⁹ ille doct⁹ Aug⁹ fatet nō intelligere verbū ipius. vt recitat magiſter in ꝓmo ſent. diſtin.

Scdo habuit vigorē ꝓfu/

ctatiuū reſpectu aduerſarioꝝ fidei. ſ. hereti coꝝ. Prouer. xxiij. Vir ſapiens fortis eſt. Et ibidē. xx. c. Diſſipat impios vir vł rex ſapiens. Cū em ybiq; arriana hereſis pul/ ularet z ab iperatore data eſſet licentia vt oēs epi conuenirēt z de fidei ꝟitate diſpu/ tarent: cū aduenijſſet ſcūs hilari⁹: ei⁹ elo/ quentiā arriani epi ferre nō poterāt Act. vij. Non poterant reſiſtere ſapie z ſpiritui q loqbat. Vñ ad dict⁹ eṗoꝝ petitionē re dire pictauiā cōpulſus eſt. Eo aūt tpe Leo papa hereticoꝝ ꝓfidia deꝓrauat⁹ oiz eṗoꝝ ꝓlitū ꝓuocauit q⁹ ꝓuocatis: hilari⁹ iz nō vocat⁹ aduenit. qō audiēs papa ꝑcepit ne aliq̄s ei locū daret: aut ſibi aſſurgeret. Cū g ſuſſet ingreſſus dixit ad eum papa. Tu es hilari⁹ gallus? Cui ille. Non ſū inq̄t de gallia nat⁹ ſz in gallia cp̄s. Etſi tu es hila rius in galli⁹ ep̄s ego ſū leo romane ſedis aplicus. Cui hilari⁹. Etſi ſis leo nō tñ de tribu iuda. vide virile animi ſui ꝓſtantiā z fortitudinē in gl'oſo fidei defenſore q; ſol⁹ coīa eṗoꝝ mꝫtitudine ñ verek infidelitatē pape ꝓtudētiſſime argue e. Apo. ij. Eſto fidelis vſq; ad mortē z dabo tibi coronaz vite. Tunc aūt papa cū indignatione ſur/ rexit dicēs. Expecta modicū donec redeā z tibi iuxta meritū tuū reddā. Cui hilari⁹ Si nō redieris q̄s mihi ꝓ te rñſurus erit? Et ille concit⁹ ait. redibo z tuā ſuꝑbiā hu/ miliabo. Cū g papa ad ſecreta loca ꝓ natu re neceſſitate iuiſſet: diſinteria mortu⁹ ē. ibidē oia ſua miſerabiliꝫ ꝓpatens inteſtina. Interea aūt videns hilarius neminē ſibi locū dare patient ferens in terrā ſe poſuit dicēs Dñi eſt terra Statizq; nutu diuio terrailla ſe extulit vſq; ad alt⁹ eṗoꝝ eq̄li tatē: z ſic q̄ boies honorare dedignabā tur: de⁹ mirabiliē honorauit. Juxta ꝓmiſſū ſaluatoris Jo. xij. Si q̄s mihi miſtrauerit honorificabit eū ꝓ meus. Cum igit nun/ ciaret papa miſerabiliē defunct⁹: ſurgens hilari⁹ oēs aſſiſtentes cp̄os in fide catholi ca ꝓfirmauit: z ꝓfirmatos ad ꝓpria remiſit Et ſic q̄ non vocatus aduenerat: cuiq; ve/ nienti nemo aſſurgere voluerat nutu diui/ no factus eſt oim ꝓſidens z tot⁹ caput cō cilij. Hoc aūt miraculū de morte Leonis pape dubitationem habz. Tū q; hiſtoria eccliaſtica nihil de hoc loquit. Tum q; alt quē papā talis nois tunc fuiſſe chronica ñ teſtat. Tum q; hieronym⁹ dic̄ q; ſcā rho/ mana eccl'ia ſp imaculata ꝓmanſit z in fu/ turo manebit. Poſſet tñ dici q; tunc fuiſſz alic̄s papa ſic voc at⁹ non q̄dē canonice ele ctus ſed tyrannice intruſus: vł forte liberi us papa q; conſtātio hereticō fauebat alio nomie dictus ē leo. Hoc tñ eſt certiſſimū q; beat⁹ hilari⁹ hereticos ꝓfutauit. Sap. vij. Sapiam nō vincit malicia.

Tertio habuit vigorē ꝓſe/

uerātiuū reſpectu actuū ꝟtuoſoꝝ Prouer. iiij. Juſtoꝝ ſemita quaſi lux ſplendens ꝓce dit z creſcit vſq; ad ꝑfectū die. et Mat. x. et. xxiij. Qui ꝓſeuerauerit vſq; in finē hic ſaluus erit. Perſeuerauit aūt beatus hila rius in fide z charitate chr̄i vſq; in finē fir/ miſſim⁹. In cui⁹ teſtimoniū cū eſſet e ſecu lo migratur⁹ claritas q̄dā nimta quā etiā ꝑſbyter⁹ ei⁹ leontius ferre nō poterat ſuper eū venit. poſtmodūq; paulatim recedente lumine ad dñm migrauit. Flozuit aūt circa annū dñi. cccl. ſub conſtantio: z diem clau/ ſit extremū plenus optimis operib⁹. Jſtō. de ſummo bono. Tunc deo placet noſtra bona conuerſatio quando bonū q̄ incho amus ꝓſeueranti fine complem⁹. Ꝓz ita/ q; q̄ beat⁹ hilarius merito ōr lux mūdi. lux inquā ſplendoris ſpecioſi: ardoris co/ pioſi: et vigoris fructuoſi. Ad hanc itaq; lucem mentis oculos attollamus vt ſplen didiſſimis eius radijs per viam ſalut⁹ di/ rigamur z ad q̄etis eterne portū tandē ꝑ/ tingere valeam⁹: Amen.

De ſancto Mauro abbate Sermo.

Videte vigila

te z orate. Marci. xiij. In his verbis nos hortatur dominus noſtre ſalutis amantiſſimus emulato⁹ ad tria nobis perneceſſaria.

Sermo de sctō Mauro

Primo ad expellendā mentis cecitatē ⁊ ignorantiā/ ⁊ sectandā verā prudentiā: cū dr. Videte. q. d. ne sitꝫ sicut ceci ⁊ ipruden tes q̄ futura nō p̄uidēt. Deut. xxxij. Gens absq; ꝯsilio ⁊ sine prudētia vtinā saperēt ⁊ intelligerēt ac noussima ꝓuiderēt. et Boeci⁹ li. de ꝯsol. Nō qd̄ añ oc'los ē suffecerit intueri: rez exit⁹ prudentia metit. Secundo ad expellēdā negligētiā et ꝓcurādā diligentiā/ cū dr Vigilate. s. in bonis opibus Heb. ij. Quō nos effugiem⁹ si tantā neglexerim⁹ salutē? Tertio ad supplendā nr̄am indigentiā ⁊ iplorādā dei gram: cū dr. Et orate. Col. iij. Orōni instate/ vigilātes i ea. Hoꝝ aūt triū exēplar hēm⁹ singulare in btissimo Mauro q̄ ⁊ prudentissim⁹ ⁊ vigilātissim⁹ atq; deuotissim⁹ fuit. Pro cui⁹ ꝑfectōe atq; sctitate māifestāda/ tria nob̄ de eo ꝯsideranda se offerūt

Primū est ꝟtuosa retardationis abiectio. Ideo videte ꝑ veram prudentiam q̄ sint ꝑfectionis impeditiua.

Secundū est fructuosa ꝑfectōis aggressio. Ido vigilate: ꝑ prōptā diligētiā ea exeq̄ntes q̄ sunt ꝑfectiōis inductiua.

Tertiū est gloriosa sctificatiōis declaratio. Ideo orate ꝑ deuotōis instātiā ad impetrandū ei⁹ mitis ꝑfectiōis ꝓmotiua

Primū igit est ꝟtuosa retardatōis abiectio. Tria q̄ppe solent maxie hoies allicere ⁊ a semita ꝑfectiōis retardare. s. diuitie: voluptates: ⁊ honores. De diuitijs em̄ praua: de voluptatib⁹ turpia: de honorib⁹ vana ꝓcedūt: vt dicit Innocēti⁹. iij. li. de vilitate ꝯditōis hūane. Et de his etiā dr. j. Joā. ij. Nolite diligere mdm neq; ea q̄ in mdo sunt ⁊ c. seq̄t. qm̄ oē qd̄ est in mundo: aut ꝯcupia carnis ē: aut ꝯcupia oc'lor̄: aut supbia vite. Abdicauit itaq; btūs mau⁹ hec tria sup̄dicta q̄ sūt spūalis ꝑfect⁹ impeditiua. Et elegit tria spūalis ꝑfectiōis fundamenta.

Primū est fundamētū tpal' pauptatis. Hanc elegit abdicādo tpales diuitias.

Scdm est fundamētū corpalis austeritatꝫ. hāc elegit abdicādo carnales delitias

Tertiū ē fūdam̄tū spūal' hūilitatꝫ. hāc elegit abdicādo honores, seu eminētias.

Prīo igitur abdicauit tēporales diuitias ⁊ voluntariā tenuit pauptatem: q̄uis generꝫ essꝫ senatorij ⁊ ex ditissimis parētib⁹ oriundus. Ut em̄ plena spūs libtate chr̄m seq̄ret/ ab oib⁹ terrenis nudat⁹ esse voluit. Vñ Hiero. ad Exuperantiū. Nudū chr̄m nud⁹ seq̄re: dur̄: grande: difficile. sed magna sunt p̄mia. hec ille.

Secūdo abdicauit carnales delitias ⁊ assumpsit corpalē austeritatē q̄ cū ap'lo corp⁹ suuꝫ castigabat ⁊ in spūs seruitutē redigebat. Ait em̄ Faust⁹ de btō Mauro. Freq̄nt eū vidim⁹ in q̄dragesima nec cuculla: nec tunica: sed tm̄mō sacco vticilicino: et duab⁹ tm̄ vicib⁹ in hebdomada paruissimū cibuꝫ sumere. q̄ mos in oi vita sctō bñdicto fuit. Reliq̄ autē toti⁹ anni tpe sub monachali tunica: ꝑ asperrimo a scapulis vsq; ad renes induebat trogulo. in stratu eiusdē subtegmis subaggestū calcꝫ et sabuli recūbēs. excepto q̄dragesimali tēpore: nūc em̄ q̄ntū poterat sollicite satagebat nō iacēdo sed poti⁹ stādo. vel cū nimia lassitudo cōpulisset sedendo somnuꝫ cape. Hec Faust⁹ eiusdē bti mauri cōmonach⁹ Vñ patet austeritas ei⁹ in victū: vestitu: ⁊ stratu. Gal. v. Qui chr̄i sunt carnē suā crucifixerūt. Cōsiderabat em̄ btūs mau⁹ qd̄ dicit btūs Paulus Ro. viij. Qui in carne sunt: deo placere non possunt.

Tertio abdicauit mundanos honores ⁊ tenuit ꝓfundā hūilitatem. Cōsiderauit em̄ qm̄ sic dr Jaco. iiij. Supbis de⁹ resistit: hūilib⁹ aūt dat gratiam. Abnegauit q̄ppe btūs mau⁹ seip̄m oīno offerēdo deo ꝓpriā volūtatē: vt ver⁹ esset ⁊ ꝑfectus chr̄i discipulus. Lu. ix. Siq̄s vult post me venire/ abneget semetip̄m. Abnegatio aūt triū p̄dictor̄ maxie fuit laudabilis in btō mauro ꝓpt tria. Primo ꝓpter sue cōditiōis nobilitatē. Erat em̄ (vt dictū est) genere nobil'. sed de carnis nobilitate ñ curauit/ q̄npoti⁹ ꝟtutū nobilitatē tota mētis affectiōe q̄siuit. Hiero. ad Celantiam. Sola apd̄ deū libertas est: nō seruire peccatꝫ. Nobilitas sūma est apd̄ deū ꝟtutib⁹ esse clar̄. Nā ille apud deuꝫ preest potior nō quē nobilitas generis aut dignitas seculi: sed quē deuotio fidei ⁊ vita sctā cōmēdat. Hec ille. Scdo ꝓpter inchoatiōis celeritatem. A p̄ma em̄ etate cepit seculuꝫ

ꝯtemnere ⁊ cũ duodẽnis eẽt ꝯparentibus suis btõ bñdicto oblat⁹ est sub regulari disciplina nutriend⁹. Threñ. iij. Bonũ erit viro cũ portauerit iugũ ab adolescẽtia sua Et Eccs. xij. Memento creatoris tui in dieb⁹ iuuentutis tue. ¶ Tertio ꝓpt ꝯtinuationis diuturnitatẽ. Hic q̃ppe sub btõ benedicto in eodẽ monasterio cũ eo deo ꝑuiuit annis. xx. dehinc ꝑo in monasterio qđ ipe edificauit annis. xl. ⁊ dieb⁹. xxxvij. ⁊ sic in religione vixit annis. lxij. dieb⁹. xxxvij. Geñ. xxv. Mortuus est in senectute bona. Sap. iiij. Senect⁹ venerabil' est: nõ diuturna: neq; annoꝝ nũero cõputata. cani ãt sunt sensus hoĩs ⁊ etas senectutis vita immaculata. Hec ibi. Ex his ꝑpendere possumus q̃ gl̃iosus sit nũc in celo beatissim⁹ maur⁹ q̃ tã longo tpe in dei ꝑseuerauit seruitio: die noctuq; in diuis semp insistẽs officijs. Certissimũ em̃ vnũquẽq; a dño iuxta suoꝝ meritoꝝ exigentiam ꝑmiari ps̃. Tu reddes vnicuiq; ꝑm opa sua.

Secũdũ qđ manifestat gl̃iosi mauri scitatẽ excellentẽ est virtuosa ꝑfectionis aggressio. Perfectio q̃ppe ronalis creature ẽ vt suo ꝑmo coniũgatur ꝑncipio. s. deo. Jõ ps̃. Mihi aũt adherere deo bonũ est. Sup q̃ dic̃ Aug. Quid vultis ampli⁹ frẽs. hoc oẽ bonũ est q̃ enĩz adheret deo vn⁹ spũs est. qꝛ diuinã participat bonitatẽ q̃ sibi adheret ꝑ voluntatis vniformitatẽ. Hec ille. Sunt aũt ꝑcipue tres ꝑfectiones ꝟtuose quib⁹ rõnalis creatura deo coniungit ⁊ vnit q̃ ꝓfecto ꝑfectiones in btõ mauro fuerũt excellentes

¶ Pria est ꝑfectio attractiue hũiliationis
¶ Scđa est ꝑfectio ascensiue deuotiõis.
¶ Tertia est ꝑfectio vnitiue dilectiõis.

Prima est ꝑfectio attractiue hũiliatiõis.

Humilitas q̃ppe maxie deo placet. iõ inuitat ⁊ attrahit ad se deũ Aug. Nihil nos ita deo gratos efficit sic hũilitas. Idem in ser. de ascẽ. Videte fratres magnũ miraculũ. Altus est deus: humilias te ⁊ venit ad te: erigis te ⁊ fugit a te. Quare h̃? Quia excels⁹ ẽ ⁊ hũilia respicit ⁊ alta alonge cognoscit. Humilia de ꝓximo respicit vt attollat. alta. i. supba de longe cognoscit vt deꝑmat. Hec ille. Beatus aũt maurus humillim⁹ atq; obediẽtissim⁹ fuit. iõ đo fuit ꝯiũctissim⁹. Vñ plerunq; sanctus Bñdictus in conuentu suppresso eius noĩe tanq̃ de alio virtutes eius narrabat. vt dicit Faustus.

Scđa est ꝑfectio ascẽsiue deuotionis.

Deuotio q̃ppe (vt dic̃ Hugo li. de ꝟtu. orãdi) ẽ pi⁹ ⁊ hũilis affect⁹ ascendens in deũ. Btũs ãt maur⁹ deuotissim⁹ erat: iõ deo ꝯiũctissim⁹. Erat em̃ in orõne assidu⁹. implẽs illđ apl̃i. j. Thess. vl. Sine intermissione orate. Vñ de ipso dic̃ Faustus. Nẽo vnq̃ vidit illũ de lectulo cũ ceteris surgere frib⁹: sz sp̃ vigilias ꝑuenire ꝓcurabat attẽti⁹. Plerꝫq; ãt q̃nquagenos: sepe cẽtenos psalmos: nõnũq; ꝟo totũ psalteriũ ãñ nocturnos ꝯsũmans. certꝫ autem horaꝝ spacijs cũ lachrymis dũtaxat ⁊ gemitib⁹ orabat. Hec ille. Tria q̃ppe sũt maxime inductiua: nutritiua atq; augmẽtatiua deuotionis: q̃ ꝓfecto tria obꝑuauit beatus maur⁹: iõ sp̃ in deuotõe ꝑampli⁹ ꝓficiebat. ¶ Primũ ẽ silentij obꝑuatio. Loq̃citas em̃ deuotionẽ extinguit. Vñ sensibil'r videmus loq̃ces hoĩes aridos eẽ ⁊ ideuotos. Berñ. Lingua in lubrico posita/lata ⁊ tenuis/optimũ instrumẽtũ ad euacuãdũ cor. Hec ille. Jdeo ꝑ oppositũ/obseruatio silentij deuotionẽ auget et ꝯseruat. Threnoꝝ. iij. Sedebit solitari⁹ ⁊ tacebit: qꝛ leuabit se sup se Greg. Mens more aq̃ circũclusa ad supiora colligit qꝛ illud repetit vñ descendit: relaxata ꝟo deperit ⁊ se ꝑ inferiora inutiliter spargit. ¶ Scđm ẽ sacre scripture lectio vel auditio. Jp̃a ei lectio cognitionẽ ⁊ sciam generat. Sicut autẽ dicit Hugo li. de ꝟtute orandi. Scia compunctionẽ parit: cõpunctio ꝟo deuotionẽ iducit. Vñ Neem̃. viij. Cũ aperuisset esdras librũ corã oi ꝓpl'o incuruati sunt ⁊ adorauerunt proni in terrã Et ibidẽ. Flebat oĩs ꝓpl's cum audiret verba legis. ¶ Tertiũ ẽ interna meditatio sursum. s. eleuans ⁊ dirigens mentẽ in deũ Ps̃. In meditatione mea exardescet ignis. i. feruor deuotionis. Btũs aũt maur⁹ silentio atq; lectioni sãcteq; meditationi assidue vacabat vt per h̃ etiã scrõ Bñdicto admirabil' h̃ret. vt dic̃ faust⁹. Jdeo deuotissimus erat semperq; deo coniũctissimus

Tertia est perfectio vniti-

ue dilectiōis. Sic̄ em̄ dic̄ Diony. iiij. c. de di. no. Amor q̄libz est ꝟtus vnitiua amantis. s. ad amatū. et Greg. sup Eze. di. Deū amare ē ad deū accedere Aug. Ad deū accedim⁹ nō passib⁹ corpis sz affectib⁹ mentz. Bñs aūt maurus pfectū habuit amorez ad deū. qd̄ satis ptz ex supradictz. Nā oia tpalia imo ꝛ seip̄m reliq̄t ꝓpt̄ deū. Bern̄. Sūm⁹ charitatis grad⁹ ē se reliq̄re ꝓpter deū. Jō ptz q̄ beat⁹ maurus fuit deo ꝯiūctissim⁹. Q̄ aūt pfecte ascenderit i deū tā p affectiuā deuotionē q̄ꝫ p charitatiuā dilectionē declarare possum⁹ qm̄ in se habuit tria q̄ ad hūc ascensū sunt necessaria et q̄ ip̄m pficiunt. ¶ Primū ē retardatiue grauitatis depositio. Hec grauitas est amor terrenoꝝ depmens cor hūanū iferi⁹. Aug. Nemo p̄t amplecti deū parit̄ ꝛ mūdū Hec ille Null⁹ igit̄ mundū diligēs p̄t in deū facilit̄ ascendere. Exemplū. Simia hñs trūcū collo alligatū nō p̄t hincinde ascēdere ad nutū: sz deposito trūco scandit ad libitū. Sic hō terrenoꝝ amore aggrauat⁹ nō pōt celestia meditari neq̄ i deū p deuotionē ꝛ amorē ascēdere: sz deposito tali amore p ꝯtemptū terrenoꝝ de facili pōt. Sic fecit btūs maur⁹. Et nota. Simia nō ꝯtentat̄ facta hoim videre: sz nitit̄ etiam facere Sic ꝛ hō nō dz ꝯtentari audire bona opa ab alijs facta: sz ꝛ ip̄a debz imitari. Lu. x. Vade ꝛ tu fac sil̄r. Hō igit̄ hñs alligatū sibi truncū terrenoꝝ deponat sarcinā illaz p ꝯtemptū mundi vt sic facile sursū mens ei⁹ ascendat. Aug. Felix aīa q̄ terreno resoluta carcere libera celū petit. ¶ Scd̄m est eleuatiue agilitatis dispositio. ꝛ hanc facit desideriū eternoꝝ. Videm⁹ q̄ auis q̄ nata est ad volandū nō delectat̄ in terra: sz delectari cupiens sursū volat. Moral̄r. Auis ē aīa deuota q̄ in terrenis nullaten⁹ delectat̄ sz in meditatiōe ꝛ desiderio celestiū. Rich. lib. iij. de ꝯtemplatiōe. Debem⁹ ad illd̄ diuine ꝯtēplatiōis speculū qd̄ in futuro speram⁹ aīas nr̄as suspendere ꝛ in ei⁹ expectatione feruēti desiderio anhelare. Hinc est q̄ abraā in ostio tabernaculi sedebat Gen. xviij. Et helias i spelunce sue ostio stabat iij. Reg. xix. Vterq̄ ad egressum parat⁹: vterq̄ ad aduentū dñi eleuat⁹. Hec ille. ¶ Tertiū est fortificatiue firmitatz pfectio quā fac̄ degustatio celestiū p̄mioꝝ. Hanc firmitatē habebat paul⁹ q̄ dicebat Rho. viij. Cert⁹ sum q̄ neq̄ mors neq̄ vita ꝛc. poterit separare nos a charitate dī ꝛc. Rich. in q̄dam ser. Qñ diuia dulcedine sup̄ nosmetip̄os rapimur q̄si mire suauitatis vinū sumentes inebriamur ꝛ hūanū q̄dāmō sēsum excedentes in diuinū q̄ndā affectuz a nobismetip̄is alienamur. Nihil em̄ in hac vita hac dulcedine iocundi⁹ suauius q̄ sentit̄: nihil auidius sumit̄: nihil sic aniam ab amore dei elongat: nihil sic mentē ꝯ tentationes roborat q̄ꝫ cū talis suauitas inebriauerit ad oēm laborē ꝛ ad oē bonū op⁹ hilarescit laborat ꝛ nō lassascit: festinat ꝛ nō deficit. Hec ille.

Tertiū mysteriū p̄ncipale ꝯsiderandū circa sanctitatē beati Mauri ē gloriosa sctificationis declaratio. Matt. v. Non pōt ciuitas abscondi supra montē posita: neq̄ accendūt lucernā ꝛ ponunt eā sub modio sed sup candelabrum vt luceat oib⁹ q̄ in domo sunt. et Luc. xj. Nō accendit lucernā ꝛ in abscondito ponit neq̄ sub modio sz sup̄ candelabrū vt q̄ ingrediunt̄ lumen videant. Cū igit̄ esset beatus maur⁹ q̄si ciuitas dei: plena sp̄ualib⁹ diuitijs ꝛ munita fidei ꝛ gr̄e ꝓpugnaculis: posita sup̄ montē. i. sublimitatē ꝛ excellentiaz virtutz ꝛ sanctitatis. Jō abscōdi nō debuit neq̄ potuit sz palā manifestari ꝛ glificari. Cum eēt etiā q̄si lucerna diuīo lumīe fidei ꝛ gr̄a accensa ꝛ charitas ardore inflāmata: iō non debuit latere in abscondito sed sup̄ candelabruz poni. i. palā ꝛ publice debuit eius sanctitas declarari. Hanc aūt declarationē fecit dñs tripl̄r

¶ Prio dādo sibi futuroꝝ ꝛ occultoꝝ noticiam

¶ Secundo dando sibi elementorum obedientiā.

¶ Tertio dando sibi super egros ꝛ mortuos efficaciam

Primo dando sibi futuro

rū ꝛ occultoꝝ noticiā. Vidit ei btūs maurus puerulū nigrū p fimbriā vestimēti trahentē foras monachū q̄ cuz alijs in ecclesia ad vacandū orōni remanere nolebat. quē tñ puerulū nigrū. i. diabolū pompeianus illi⁹ monachi abbas videre non potuit. Jn sic narrat faustus q̄ cū eo erat. Cum semel antislodoꝝ venisset die parasceues hora sexta venit ad monasteriū scti romani monachi, officio aūt eo die solennit̄ impleto di

beatus Maur⁹ ad romanū. Crastina die beat⁹ Benedictus migrabit ad dñm. qd̄ ⁊ ita factū est. Item in oꝛone raptus vidit viā illā pallijs stratā ⁊ coruscātē lāpadib⁹ ꝑ quā beatus Bñdictus celū ascendebat. quā etiā cū eo viderunt duo sue ꝯgregationis frēs. Item circa finē vite sue vidit diabolum minantē stragem se facturū maximā de monachis suis: quē postea ꝯfortauit angelus dñi: Beat⁹ aūt Maur⁹ postea confortauit frēs predicens eis de morte sua ⁊ illoꝝ imminente. Factūq; est vt ifra quinq; menses. cxvj. monachi morerētur: nec de numero. cxl. remanerent nisi. xxiiij. Nec multo tpe post mortuus est sanctus Maurus dolore lateris. anno. xlj. aduentus sui ad locū in quo monasteriū edificauit: et sic gl̄iosus migrauit ad dñm Sap. iij. Bonoꝝ laboꝝ gl̄iosus est fruct⁹

Scd̄o declarauit dñs scti

tatem bti Mauri dando sibi elementoꝝ obedientiā. Cum vicz ad beati Benedicti imperiū iuit vt iuuaret puerū placiduz terculij patricij filium q̄ ceciderat in fluuium. tunc eñ sup aquā cucurrit beat⁹ maurus ⁊ puerū illū saluum reduxit ad lit⁹ quē iam aqua in ꝓfundum et iam a litore longius rapuerat.

Tertō dādo sibi sup egros

⁊ mortuos efficaciā. Cum eñ btūs Maurus missus a sctō Bñdicto veniret in gallias ad edificandū monasteriū cū alijs q̄tuor monachis Fausto Simplicio Antonio Constantiniano. Cū alpiū iuga trāsirent famulus eoꝝ sergius de eq̄ cui insidebat sup imane saxū sinistrorsuz cadens pedem sibi attriuit: quē beatus Maur⁹ sinistra manu pedem ei⁹ tenēs ⁊ dextra signū crucis faciens ⁊ orans ilico sanauit. Exinde cū eccl̄iam sanctoꝝ martyꝝ Mauricij socioꝝq; eius fuissent ingressi: cecus quidam ad portā ecclesie sedens ⁊ mendicās adiurans sctm̄ Maurū per sanctos martyres sanatus est. Cum aūt nocte quadā iuxta eccl̄iam beate marie in locis hospitarent virentib⁹ mulieris cuiusdā vidue fili⁹ adolescens ex defuncto nuper viro susceptus morti proximus: a sctō Mauro sanatus est: qui sanatus dicebat btō Mauro. Vere tu ille es q̄ me tuis lachrymis ⁊ meritis a tribunali de q̄ iam tristē sniam acceperam reuocasti. Itē cū adhuc esset in monasterio bti Bñdicti puerū claudū ⁊ mutum sanauit quē ad portā monasterij inuenit: ⁊ deinceps cepit beatus Bñdict⁹ hr̄e eū in reuerentia. Itē quidā clericus de altissimis gradib⁹ corruens sup aceruū lapidum toto corpe ꝯtritus est ⁊ abtō Mauro sanatus ⁊ ex illo die florus familiaris ⁊ charissimus Theoberto regi Francoꝝ ita Maurū habuit in reuerentia vt nunq̄ ꝓpius postea auderet accedere. Itē cum edificaret monasteriū suū q̄dam ex operarijs ei detrahere ceperūt dicētes eū inanis glorie cupidū. Quoꝝ tres subito malign⁹ spiritus inuasit ita vt vni ex illis noie flodegiso animā extorqueret: reliq̄ se inuicē dentib⁹ lacerabant quib⁹ digitos vtriusq; manus sanct⁹ Maurus in os misit ⁊ spūs malignos ꝑ ventrē eiecit feda relinquētes vestigia. Tertium ꝟo resuscitauit a mortuis Item quendā a septem annis paralyticuz sanauit. Patz itaq; q̄ gloriose manifestauit dominus sanctitatē beati Mauri. Videte igitur quō beatus Maurus oīa spiritualis perfectionis impeditiua reiecit: ⁊ omnia promotiua quesiuit: et vigilate ei⁹ exemplo ad idem ꝓ virib⁹ faciendū: ⁊ orate gl̄iosum Maurū vt pro vobis apud deum intercessor existat: q̄tinus eius meritꝫ ⁊ precib⁹ miscd̄iam ⁊ gr̄am conseq̄mur et gl̄iam sempiternā: Amen.

De beato Antonio abbate Sermo.

Dilectus deo ⁊ hoīb⁹ cui⁹ mēoria in bñdictione est Ecci. xlv. Verba ista scribunt ad lr̄am de moyse. Conuenienter tñ nunc dicunt d̄ beato Antonio qui ip̄i moysi multū similis fuit precipue in tribus.

Prima est similitudo localis mansiōis. Sic eñ moyses longo tpe mansit in deserto cū ꝓpl̄o israelitico: sic b. Antoni⁹. Sap. xj. Itē fecerunt ꝑ deſta ⁊ in locꝫ desertꝫ fixerūt casas. Scd̄a ē sil̄itudo legal̄ institutōis. Sic ei moyses dedit legē filijs isrl̄: sic btūs antoni⁹ multꝫ dedit ⁊ instituit for

Sermo de sctō Antonio

mā ꝛ regulam viuēdi religiose. Eccī. xlv. Dedit illi coꝛ ad p̄cepta ꝛ legē vite et di/ scipline. ¶Tertia est ſimilitudo ſpualis eſſectiōis. Sicut eñ moyses in ſpute ma gna eduxit ꝓplm de egypto: ſic beat⁹ An thoniꝰ mltos eduxit de egypto. i. de tene bꝛis mōi buꝰ ꝛ ō via ꝓditōis/ q̄ duꝛ fu it ꝛ directoꝛ in via salutꝫ. Ps. Duꝛ itine/ ris fuisti in cōſpectu eiꝰ. Et Juō. j. Quis aſcēdet añ nos ꝫ chananeū ꝛ erit duꝛ bel li. ¶Btūs ꝓfecto antoniꝰ añ multos de/ ſertū aſcēdit ꝓtra chananeū. i. diabolū: et fuit duꝛ belli ſpūalis. Recte itaq̄ quēad/ modū de moyse: ſic ꝛ de btō antonio dici/ mus. qm̄ dilectꝰ deo fuit ꝛ hoibꝫ/ cuiꝰ me/ moꝛia in benedictiōe est. ¶Sūt aūt p̄q̄ue tria ō btō antonio ꝓcēplāda/ q̄bꝫ satꝫ ōstē dit qm̄ dilectꝰ deo fuit ꝛ hoibꝫ ꝛc.

¶Primū est victoꝛioſa impugnatiue hoꝛ ſtilitatis triumphatio

¶Secundū est virtuosa ꝓfectiue charita tis conditio.

¶Tertiū est glorioſa honoꝛificatiue ſan/ ctitatꝫ declaratio.

Primū ē victoꝛioſa ꝛc. Eos eñ q̄ ſpūales hoſtes deuincunt diligit dūs: ꝛ eoꝝ memoꝛia laudabilꝭ ē Apoc. ij. Vincēti dabo mānа abſcōditū ꝛ nomē nouū. Fuit aūt btūs antoniꝰ victoꝛ/ioſus ꝫ ſingulos hoſtes humane salutis. ¶Sūt aūt hmōi hoſtes ī triplici differētia.

¶Primꝰ est deceptoꝛia vanitas tempoꝛa lis mundanitatis.

¶Secūdus est blanditoꝛia ſuauitas car nālis voluptatis.

¶Tertius est ſeductoꝛia calliditas ſpiꝛi talis peruerſitatis.

stino in ser. de cõi vita clericoꝝ: ⁊ hr̃. xv. q. vl. c. Quicũq; exheredato filio heredẽ facit eccl'iam q̃rat aliũ q̃ suscipiat: nõ augustinũ. Et infra. Qd̃ ẽ laudabile factũ scti aurelij carthaginẽsis epi. Quidã em̃ cum filios non haberet nec speraret: res suas oẽs retento sibi vsufructu donauit eccie. Nati sũt illi filij. Reddidit eps. nec opinãti ea q̃ illi donauerat. In ptãte hẽbat eps nõ reddere: sz iure fori nõ iure poli. i. q̃dam naturali eq̃tate: vt di. Glo. ibidẽ. ¶ Scdz dubiũ vtꝝ executores testamẽtoꝝ teneãt statim illa exeq̃. Rñdet Rich. q̃ aut testator tps determinat infra qd̃ testamẽtũ vult eẽ impletũ: aut nõ. Si sic: nõ tenent executores tẽtiõe necessitatz vsq; ad illd̃ tps testamẽtũ implere nisi viderẽt citi⁹ implendo se posse facere anime defũcti maiorem vtilitatẽ. Tũc ⁊si in foro iudicij compelli nõ possent ad citi⁹ implendũ tñ ad h̃ eos ꝯsciẽtia deberet cõpellere q̃ p̃supponẽdũ ẽ q̃ volũtas defũcti fuerit vt illo mõ ⁊ illo ꝑe testamẽtũ ĩplerẽt q̃ eẽt expediẽtius aĩe sue. Si aũt nõ determinat tps ĩfra qd̃ velit testamẽtũ ĩpleri tunc dico aut executores hñt libere bona de q̃b⁹ pñt stati testamẽtũ implere aut nõ hñt. Si hñt tũc implere tenent q̃citi⁹ pñt: q̃ debitores sũt illis q̃b⁹ legata sũt facta. Et sic dr̃. ff. de re. iur. In oib⁹ in q̃b⁹ dies nõ ponit p̃senti die debet. Vñ illi executores q̃ p̃ lõgũ tps tardãt executionẽ ĩplere necatorib⁹ egẽtiũ cõparãt. Propterea dr̃. xiij. q. ij. c. Qui oblatiões. Qui oblatões defunctoꝝ aut negãt eccl'ijs aut difficile reddũt tãq̃ ꝯgẽtiũ necatores excõicẽtur. Et s̃m glos. ibidẽ. Hoc nõ intelligit̃ de oblatõibus volũtarijs sz de illis bonis q̃ relicta sunt ecclesijs. Et. c. sequẽti adhuc dr̃. Qui oblatiões defũctoꝝ retinẽt ⁊ illi q̃ eccl'ijs tradere demorantur: vt infideles sunt ab eccl'ia abijciẽdi. Executores etiã si illa bona retinẽt p̃ seip̃is: sunt sic fures ⁊ raptores ⁊ sacrilegiũ cõmittũt. sic ptz. xiij. q. ij. ca. Clerici. Et. xvij. q. iiij. c. Sacrilegium. Si autẽ executores nõ hñt ĩprõptu bona de q̃b⁹ pñt infra annũ testamẽtum implere: nõ credo ꝓpt̃ h̃ q̃ deuoluat̃ ptãs eoruz post annũ ad ep̃m. Tenẽt tñ facere qd̃ ĩ se ẽ vt bona hẽant ⁊ habita debẽt distribuere q̃citi⁹ pñt. ¶ Tertiũ dubiũ ẽ vtꝝ dilatio executiõis in aliq̃ p̃iudicet aĩe testatoris. Rñdet Rich. q̃ sic. Cui⁹ duplex ẽ rõ. Vna q̃ q̃nto citi⁹ eccia ⁊ paupes recipiũt qd̃ testator eis legauit: tãto citi⁹ ⁊ feruẽti⁹ orãt p̃ aĩa defũcti. Alia rõ q̃ sic defũcti ĩ charitate aliq̃d purgabile secũ portãtes in hac vita meruerũt vt elemosyne si p̃ eis dent̃ eis p̃sint nõ ad augmẽtũ gr̃e sz ad alleuiationẽ ⁊ abbreuiatõez pene: sic testator ĩ charitate decedẽs testamẽtũ faciẽdo meret̃ vt ei⁹ executio post mortẽ valeat ad alleuiationẽ ⁊ abbreuiationẽ pene. Et iõ q̃nto citi⁹ testamẽtũ executioni demãdat̃: tãto citi⁹ pena testatoris alleuiat̃. Ex p̃dictz pz q̃ q̃uissime peccãt ⁊ magnã p̃ditionẽ adq̃rũt hi q̃ executiões testamẽtoꝝ sibi cõmissas nõ cõplẽt q̃citi⁹ pñt habita ꝯpetẽti oportunitate. Vñ legit̃ ĩ gestz karoli magni q̃ miles q̃dã ĩ exẽplũ karoli cũ maurz pugnatur⁹ rogauit cognatũ suũ vt testamẽtũ suũ exeq̃ret̃ q̃cito posset vt vicz equũ ⁊ arma vẽderet ⁊ daret pauperib⁹. Quo mortuo ille cupiditate cecatus d̃ testamẽto nihil soluit. Post dies vo trigita mortu⁹ apparẽs illi dormiẽti p̃ sõnium dixit ei Triginta dieb⁹ me fecisti ĩ purgatorio torq̃ri q̃ q̃ p̃ miseras nõ fecisti: sz ĩpune nõ feres. Justo eĩ d̃i iudicio hodie ferẽt demones aĩam tuã in infernũ. Euigilãs ille licz territ⁹ tñ q̃ viderat ⁊ audierat paruipẽdẽs dũ in crastino somniũ suũ q̃si cũ risu recitaret socijs suis auditus est subito fragor ⁊ tumult⁹ horribil' velut tẽpestatis ĩ turbine veniẽtis. Exterritis oĩbus ⁊ turbatis: ethiopes q̃dã tetri ⁊ horridi illũ repẽte de medio rapuerũt secũq; corpus ⁊ animã deuexerunt. Cuius corpus post. xij. dies cũ exercit⁹ trãsiret per terrã nauarrie inuẽtũ ẽ p̃cipitatũ a demonibus ⁊ attritũ a rupis fastigio tetꝝ nimis ⁊ fetidũ Ptz igit̃ ex dictz q̃bus defũctis ⁊ q̃b⁹ rõib⁹ ⁊ q̃lit̃ ipẽdẽda st̃ suffragia. Et vere hec ẽ mĩa laudabil' ⁊ vt credim⁹ d̃o q̃ta mortuis ĩ dño ĩ tã q̃ui pena detẽtis subuenire. his q̃ dũ possum⁹ subuenire curem⁹ vt ⁊ nob (si q̃nq; in pari fuerim⁹ necessitate) ab alijs subueniri mereamur et a deo mĩam ⁊ gl'iaz ꝯseq̃ sempit̃nã. Amẽ.

¶ Ser. De btõ Leonardo.

Sicut lucerna fulgorz illũ inabit te. Lu. xj. Lucerna fulgoris lucer

na est accensa p quā signat opatio bona i-
gne charitatꝫ accēsa: vñ dr dñs Matt.v.
Luceat lux vr̄a corā hoibꝫ vt vi. opa vr̄a
bona. Qm̄ igit btūs Leōardꝰ plenꝰ fuit
opibꝫ bonis et charitate. iō ꝯueniēter dr
lucerna fulgorꝫ. Etsi deuote suā ꝯuersatō
nē ꝛ sctitatez ꝯsiderem⁹ illūinabit nos et
viā nobis ondet q̄ ad pr̄iam puenire de-
beam⁹. Est vtiq; ista differētia inter lucē
corpalē ꝛ lucē spūalē: qꝛ lux corpalis na-
turalit diffundit vbicūq; pōt attigere: sꝫ
nō sic est de lūine spūali qd nemo recipit
nisi volēs: lꝫ g̃ copiosa sit lux btī leōardi:
tñ ab eo illūinari nō possum⁹ nisi volētes.
idcirco toto cordis affectu ꝯuertam⁹ nos
ipos ad hoc lumē vt ei⁹ radijs plustrari
possim⁹. Nā si hoc fecerꝫ dico tibi qm̄ sic lu
cerna fulgorꝫ illūinabit te. Circa sctitatē
aūt et vitā btī leōardi notāde st̄ pncipalit
tres ꝯsideratiōes qbꝫ ꝯtēplatis spūalr il
luminari poterim⁹.

Pr̄ia ē ꝯsideratio ichoatiōis g̃tiose.
Scda est pfectiōis virtuose.
Tertia est declaratiōis gloriose.

Primo igit est ꝯsiderāda sua ichoa-
tio g̃tiosa. A pma em̄ etate plen⁹
erat sctō desiderio et suā cupiēs iu
uētutē bōis moribꝫ iformare postq̄ eua-
sit incremēta puerilia adolescēs fact⁹ no-
luit iuxta ꝯsuetudinē parētele regali ipli-
cari militia: sed diuino spū tract⁹ poti⁹ vo
luit seq̄ scti archiepi remigij vestigia: cui⁹
saluraria monita nō vt surd⁹ auditor in-
tendebat: verꝫ vt prudēs futur⁹ semiator
in secretariū cordꝫ repōebat. Tenuit q̄ppe
documētū illd sapiētꝫ Eccēs.xij. Memē
to creatoris tui in diebꝫ iuuētutꝫ tue. Au-
di g̃ o iuuēis: o adolescēs audi ꝛ attēde sā
ctitatē btī leonardi: attēde inq̄ sctām cō-
uersatiōez iuuētutis sue ꝛ sicut lucerna ful
goris illūinabit te. Est aūt pcipue triplex
spēalis ꝯsidratio necessaria vt inducat iu
uenis ad dei fuitiū sine dilatiōe q̄ etiā pec
catores q̄slibet inducere debꝫ ad festinaz
ꝯuersiōez sine vlteriori pcrastinatiōe.

Pr̄ia ē ꝯsideratio supnal benignitatis
Scda est tpalis breuitatis.
Tertia est spūalis vtilitatis.

Pr̄ia ē ꝯsideratio supnal bēignitatꝫ q̄ vꝫ
singlos ad se vocat Matt.xj. Venite ad
me oēs ꝛc. ꝛ Joel.ij. Cōuertimi ad me in
to.cord.vr̄o. Spēalr aūt ad se vocat dñs
puulos Mat.xix. Sinite puu.ve.ad me.

Scda ē ꝯsideratio tpal breuitatꝫ. Bre
uissimū ē ei tps oē q̄ viui⁹ in hac vita mor
tali. Jō excitat nos dñs ad celerit opādū
di. Jo.ix. Opari optꝫ dū dies ē. Venit ei
nox.i.mors qñ nēo pt opari. et apls Gal.
vj. Dū tps habe.ope.bonū. Nemo pt bo-
nā dietā facere q̄ mane nō surgit. Irridē-
dus essꝫ q̄ tūc veniret ad op⁹ qñ tps essꝫ d
ope exire: tūc seminare qñ esset metēdū.

Tertia est ꝯsideratio spūalis vtilitatꝫ:
q̄ puenit ex tali accelerariōe ꝯuersiōis ad
deū. Thre.iij. Bonū ei viro cū por. iū. ab
adoles.sua. Septē aūt vtilitates exide p-
ueniūt q̄s videre potes i s.se.d b.martio.

Scdo ꝯsiderāda est ichoatōis p-
fectio vtuose. Fuit em̄ vir eminētꝫ
pfectiōis oi vtute splēdid⁹. Ecci.
.l. Quasi vas auri solidū ornatū oi lapide
pcioso.i. oi virtute. Ad pñs aūt spēaliter
ꝯsiderāda est triplex ei⁹ pfectio vtuosa

Prima ē pfectio vginalis puritatis.
Scda est spūalis humilitatis.
Tertia est cordialis charitatis.

Prima igit ꝛc. Virginita
tē ei suā deo deuouit in māibꝫ scti remigij
archiepi remens cui⁹ discipls a puericia
extitit. Alchuiñ. O q̄ pulcra ē iuuenū pu
dica castitas ꝛ deo amabil ꝛ ad oē bonuꝫ
vtilis. Vñ vt meli⁹ ꝛ securi⁹ ꝯsuaret vi-
gitatē suā illibatā: vitā solitariā sp ama-
uit. Ps. Ecce elōgaui fugiēs ꝛ māsi in so-
litudine. Itē abstinētiā ꝛ sobrietatē suauit
Quāuis em̄ clarꝫ esset ortus parētibꝫ: vt-
pote q̄ collaterales clodouei regis frācie
pmatū militie in palatio regio obtinebāt
Quē etiā rex ipe de sacro fonte leuās alen
dū suscepat: ꝯsiderās tñ q̄ nobilitas apd
deū sūma est clarꝫ eē vtutibꝫ: vt dr Hier.
i epla ad cellātiā. Spreta nobilitate gñrꝫ
elegit legumia ad vescendū ꝛ aquā ad po
tandū ꝛ iuuētutē suā domabat abstinētia
cibi ꝛ pot⁹. q̄si cū paulo di.j. Cor.ix. Ca-
stigo cor.meū ꝛ in fui.redig. Propt qd ēt
dedit ei de⁹ sctām ꝛ disciplinā ꝛ sapiaz in
oi verbo. sicut d daniele legim⁹. Nā vt dr
Tho.ij.ij.q.xv.art.iij. Abstinētia ꝛ casti-
tas maxie disponūt hoīem ad pfectiōz in-
tellectual opatiōis. Vñ dr Dañ.j. q̄ pue-
ris his.s.abstinētibꝫ ꝛ ꝯtinētibꝫ dedit de⁹

scientiã et disciplinã in oi verbo et sapia. Itaq; ꝓpter amorẽ castitatꝭ abstinẽtijs t ieunijs sedul⁹ insistebat t macerabãt ca r nis ꝙtidie intrẽdebat. Ubi etiã q̃dã siluaz ingrediẽs cui nomẽ est panũ: oratoriũ ibi ꝛstruxit in noie sacratissime genitricꝭ dei marie: vbi mlto tpe mãsit solitariã agens vitã: corpꝰ ieunijs: vigilijs: t oꝛõibꝰ Ga la. v. Qui chꝛi sunt carnẽ suã crucifixerũt.

Scdã est pfectio spũalis

hũilitatis q̃ euidẽt apparet ex mundani honoꝛꝭ ꝛẽptu. Cõsiderabat em̃ qm̃ sine hũilitate nulla põt esse virtꝰ veritas: t q̃ piculosa est tpalium honoꝛ sublimitas. Hiero. Quid est honoꝛ mũdan⁹ nisi spũ ma: fum⁹: t somn⁹. spuma q̃ inflat. fum⁹ q̃ excecat. somnus q̃ nõ ꝛẽrã requiẽ dat: vel q̃ cito euanescat vt somnus. Elegit ꝫ bꝛũs leonar. hũilitatẽ. q̃ ꝑm Ber. mꝛ ẽ sa lutis. Ja. iij. Humilibꝰ dat gꝛam.

Tertia est pfectio cordial

charitatis in q̃ ꝛuisti veritas spũalis pfectiõis. Jõ ỏt paul⁹ Col. iij. Sup oĩa charitatẽ habete qõ est vinc'm pfectiõis Apparet aũt bti leonardi charitas mꝛie in tribꝰ. ¶ Primo in mũdanoꝛ abdicatõe qꝛ oĩa ꝓpter chꝛi amorẽ abdicauit t volũ tariã pauꝑtatẽ duxit sciẽs illõ Matth. v. Bti pauꝑes spũ ꝛc. Ubi cũ ei⁹ opinio di uulgabaꝝ iussit eũ rex francie ad se accersi ri. Cui dixit Leonarde hõ dei põꝛ ne dis cedas palatio amodo q̃scꝫ infulã põtifi calẽ (ꝫ dign⁹ es) accipias: erat em̃ cleric⁹ hũlis t mãsuet⁹. Cui leonard⁹ rñdit: Si ꝑm iura parentũ meoꝛ regibꝰ frãcie mili tare voluissem: in tua aula nõ mediocris fuissem: rexꝛ qꝛ magis elegi abiect⁹ fuire deo q̃ in sublimitate posit⁹ regi obtẽpare terreno: ista largire eis q̃ cupiũt: mihi satꝭ fuerit solitarie laudare nomẽ dñi/ reliqui em̃ ꝑsene dignitatꝭ fastigia: t sic aufugit Jtẽ cũ sel'reginã a pict'o part⁹ liberasset: t rex t regina cyphos aureos: patherascꝫ argẽteas: vestes purpureas auro textas aliaq; ornamẽta q̃plima eidẽ ꝓ mũere p sentassent: vir dei oĩa respuẽs ait: Audi me rex Donũ dei nullaten⁹ pecunia ꝙaꝛ sed pcio nõi fidelibꝰ admistraꝝ. Do nuit q̃ regem vt hec cũcta pauꝛibꝰ erogaret. Dũc rex volẽs ei donare nem⁹ illõ in qu hitabat obtulit ei sed nõ adq̃euit vir dei: nisi tm̃mõ ꝓ spacio nãrio ad monasteriũ ꝛstruendũ. ¶ Scõo in alioꝛ instructõne. Erat ei alacer in exhortãdo ꝓuleꝭ t bũlꝭ fmone. Ultos ad eũ ꝛfugiẽtes vbi soli tarie degebat vt eũ eo remãerẽt t soli do seruirẽt/ instruebat. Magimã fidelitũ mu titudinẽ ex finitimis t lõginq̃s ꝓuincijs sua pdicatiõe t vite scitate ad se attraxit qbꝰ salutaria monita dabat Dañ. xij. Qui ad iusticiã eruditi multos erũt q̃si stelle in ꝑpetu. exnita. ¶ Tertio apparet sua cha ritas in martyrij affectiõe. Nullaten⁹ em̃ timore passionis se occultabat: sed pot⁹ vt miles strenu⁹ armis fidei accinct⁹ no mẽ dñi vbiq; pdicabat. Erat em̃ in qtib illis adhuc satis nouella chꝛistianitas: qꝛ nõ dũ penit⁹ erat extirpata gẽtilitas. Ulti brũs leon. nõ fuerit mortu⁹ ꝓ chꝛi fidem palmã martyrij nõ amisit. Gre. oñ. rrrv. Si adiuuãte nos dño ꝛrutẽ patie fuare ꝛẽdim⁹ t in pace ecclie viuim⁹/ martyꝛ rij palmã tenem⁹. Jdẽ. Sive sanguis ef fusiõe martyres eẽ possum⁹ sũ patiaz i aio ꝛacie custodi⁹. Hec ille. Possim⁹ ãt dice re q̃ tota vita bti leon. fuit martyriũ ꝓ no mine chꝛi. Nã ỏt Ber. in q̃dã s. Qõ mar tyrũ gui⁹ẽ cp̃ inꝛ epulas esurire: inꝛ vestes mlt'as t ꝑciosas algere: pauꝑtate ꝑmi inꝛ ditias q̃s offert mõs: q̃s oũrat malign⁹: q̃s desiõrat nr̃ appetit⁹ Pp̃e ea pauꝛibꝰ pa rit' t martyribꝰ regnũ celoꝛ cõpmittit: qꝛ pauꝑtate q̃dẽ emit: ista ĩ passiõe ꝓ chꝛio abl q̃s dilatiõe percipit. Hec Bern.

¶ Tertio est ꝛsiderãda sue pfectiõis declaratõ gl̃osa. Jo. xij. Si q̃s mi hi mini. hono. eũ pꝛi me⁹. Qm̃ q̃ h. leonard⁹ fuit ver⁹ miste chꝛi: tõ honorifi cat⁹ est mlt'iplr ꝓ miracl'oꝛ opatõez q̃bꝰ declarata est euidẽter sua pfectio virtuo sa. Fecit aũt miracl'a tripliciť.

¶ Primo circa creaturas insensibiles.

¶ Scõo circa sensibiles irrõnales

¶ Tertio circa creaturas rõnales

Primo circa creaturas insensibiles: vt patꝛ cũ ad pces ei⁹ pute⁹ defossus aquã recep pit indeficiẽtẽ q̃ incolis potũ pstat vsq; i hodiernũ diẽ Scõo circa creaturas sen sibiles irrõnales. Nã sicut daniel feroci tatẽ leonũ ꝛuertit in benignitatẽ: vt dicit

Dañ.xliij. sic brūs leon. feras adō māsue tas fecē vt eū visitarēt z ei alluderēt. Ter tio circa creatas rōnales. Cū em ex nimia pietate hā a rege obtinuisset vt oēs in car cere detēti si eos visitare vellet: oīno sol uerēt: intrātū de⁹ eū magnificauit q sicḡ in carcere posit⁹ inuocasset nomē ei⁹: ruptz catēis liber fiebat: nec eū q̄sp̄iā ipedire va lebat. Ūñ mlti etiā de lōginqs regionib⁹ ex carceribꝫ p eū liberati eu reqrebant cui ꝓpedes catenarꝫ pōdera afferebāt z ad pedes ei⁹ pcidētes gras referebāt. Item demonia ab obsessis fugabat: cecis visuz: surdis auditū: claudis gressuz reddebat. Infirmātib⁹ q̄ḡ vniuersis ad se veniētib⁹ remedia salutz p̄stabat. Pref hec aūt oia miracla est ex aliō notādū in q̄ decla rat sua pfectio deo grata: qz vicz ei de⁹ mlt to spe p angelū alimēta semel i die mistra bat. Ps. Scitote qz dñs sctm suū mirifi. Hūc g̃ rāte sctitatis viꝝ studeam⁹ imita ri: ad hūc tota mētis affectiōe devoti re curram⁹ vt e⁹ meritz z pcib⁹ apō dñm g̃ tiā z tandē gliam ꝓseqūmur eternā Amen

De sancto Martino Sermo

In diebus su. is placuit deo. Eccī. xlviij. O ḡfelix: ḡ brūs q̄ sic vixerit q̄ de eo post ei⁹ trāsitū vere dici possit qm in diebꝫ suis placuit deo. quēadmodū nūc ō brō martino dicim⁹. Tria aūt sunt q̄ pci pue nos affectos redōre dñr ad h̄ sup oia vt placeam⁹ deo: z ō h̄ pcipuā curā gerā⁹

Primū est auctoritas exhortatiōis.

Scōm est vtilitas obseruatiōis

Tertiū est exemplaritas ꝓuersatiōis.

Primū igit̄ est auctoritas exhortatiōis. Ad hoc ei nos exhortat scptura Eccī. xxx. Differe aie tue placēs deo. Col. j. Am bulez digne deo p oia placēres. z ad Ro. xij. Obsecro vos p mīc. dei vt exhi. corpa ve. hos. viuē. san. deo pla. Scōm ē vtili tas obſuatiōis. Tāta q̄ppe ē vtilitas i ob seruatiōe huiuscemōi exhortatiōis q̄ hoc solū nob ad salutē sufficiat z sine h̄ nihil nob ad salutez pdesse valeat. Nisi em deo placuerim⁹ saluari cū eo nō possum⁹: etsi deo placuerim⁹ gre neḡ̄ḡ poterim⁹: qz sic ō: Sap. iij. Placēs deo fact⁹ ē dilect⁹. s. vir iust⁹. Et ibidē p⁹. Placita erat do aīa illi⁹. ꝓp hoc ꝓperauit educere illū de me dio iniqtatū. z Eccī. xliij. Enoch placuit deo z trāslat⁹ ē in paradisuz Deut. xij. Ut bñ sit tibi cū feceriz q̄ placz in ꝓspectu dei

Tertiū ē exēplaritas ꝓuersatiōis Om̄ ei laudam⁹ sctōs ex eo q̄ deo placuerūt: de bem⁹ z nos exēplo sue sctē ꝓuersatiōis aīa ri vt z ꝓuersatio nr̄a deo placeat. Ber. s. ō oib⁹ sctis. Fidel q̄ppe fmo z oi acceptōe dign⁹: vt q̄s solēni veneratōe ꝓseqūmur sili etiā ꝓuersatiōe ꝓseqūmur. Hec ille. Unō Prouer. x. Labia iusti cōsiderāt placita. s. deo. Sic itaq̄ vr discam⁹ z labore m⁹ ad hoc vt placētes deo sim⁹ / ꝓsit hodie no bis sctā mr ecclia exēplū certissimū: cuidē tissimū atq̄ efficacissimū in brō mar. exi mie sctitatz vir de q̄ ꝓposuim⁹ ꝓnoms ꝓncipio: qm̄ in diebꝫ suis placuit deo. Ut aūt palā ꝓsiderare possim⁹ p q̄d et q̄liter gliosus martin⁹ placuit deo: possum⁹ hic ꝓponere tres e⁹ pcipuas excellētias seu p eminentias devote ꝓseqūdas. Prima est excellētia g̃tiose puētiōis: quō vicz a ōi gra puent⁹ cepit a iuuētute fuire deo et ei placere. Scōa ē excellētia fructuose pfectiō nis quō fructz pfectōz assequendo ꝓtinue stu duit de bono in melꝰ pficere. Tertia ē excellētia gliose mānifestatōis: quō hāc pfectionē e⁹ voluit dñs mlti fariā gliose deo clarare. Hec tria in martino ꝓsidera cuz

Prima igit̄ ē ex (spēali excellētia cellētia g̃tiose puētiōis. Et hec fuit cā ꝓmaria ꝓp quā b. martin⁹ pla cuit deo. Null⁹ ei est deo placēs sine dina gra: q̄ iō ōz a doctorib⁹ gra g̃ru facies: q̄a bonoz ē deo gratū sine placentē efficit. Fu it itaq̄ brūs mar. excellēt a dina gra puē tus qz ab ineūte pria etate a dño spēal r i spirat⁹. Ipse q̄ppe sabarie pānonioꝝ opi do oriūd⁹ z intra italiā papie alit⁹ ex nobi libus quidē parētib⁹ pgenit⁹ ab infantia diuinit⁹ inspirat⁹ est. Et cū essz annoꝝ du odecim inuitis parētib⁹ ad ecclīam fugit et se fieri catheciminū postulauit: atq̄ ex tūc eremū intrasset nisi carnis infirmitas obstitisset. Ipse itaq̄ ob amorē iesu chr̄i a iuuētute parentes deseruit. Et cum essz annoꝝ decem et octo baptizar se fecit. Eūq̄ aliq̄nto tēpore sub Cōstantino z iu

liano cesarib⁹ militassz licz nō spōre: post bieniū a suo baptismo militie resiguit et sctm oino ꝙtēpsit. De hac ḡ puerōe gre possum⁹ dicere dño illō ps. Dñe puenisti eū in bñdictōib⁹ dulcedis. Et eo āt ꝙ sic ꝑuētus cepit a iuuētute bo fuire plūas reportauit vtilitates qs ēt reportare pñt ḋcūcz a iuuētute voluerit se dino fuitio mācipare. Threñ. iij. Bonū erit viro cuz portauerit iugū ab adolescētia sua. Exin de ꝙppe ꝓueniūt septez fructuose vtilitates totis ānimi desiderijs exq̄rēde.

- Prima ē vtilitas ampliozis bonitatz.
- Scōa ē firmiozis tenacitatis.
- Tertia est dulciozis iocūditatis.
- Quarta ē certiozis securitatis.
- Quinta est gratiozis acceptatōis.
- Sexta est pleniozis euasiōis.
- Septima ē vberiozis remuneratōis.

Prima igit ē vtilitas ampliozis bonitatis nā ꝙꝑ diuturniozē ꝙti⁹ nuationē i opib⁹ bonis efficit bonitas opā tis ā ꝙlioz: t maioz. Aug. Quid differs i crastinū: forte dices lōga vita erit. Si lō ga vita fuerit expedit ēt ꝙ tota bona sit t vtiqz si lōgaz bōa fuerit meli⁹ bona erit. H ille. De oib⁹ ꝙppe alijs bonis vult hō mo gis hre mal⁹ bonū t āplius q̄ minus. Si multū ḋppe hres de frūēto vino vl oleo velles ꝙ totū esset bonū: t doleres ꝙ aliq̄ ps esset corrupta cur ḡ nō sic desideras ō vita tua. Aug. Quid te offendit vita tua quā solā vis malū hre vt inꝺoia bona tua tu solus sis mal⁹: nūqd ꝓlus diligis res tuas q̄ te. Hec ille. Talis ꝓfecto ḋ sic vi uit iniquus ē sibꝫpi: dū magz vult se malū ee q̄ bonū: ifirmū q̄ sanū: mortuū q̄ viuū suū q̄ libe ꝛ: nihil habentē q̄ bono ꝛ oim ptcipē. O igit q̄ fatu⁹ est ḋ differt opari bonū t a malo se ꝙuertere: miser ꝓfecto atcz cecus t insēsat⁹ nimiū ē ḋ sic aiaz vitā suā pulpēdit. ḋ citi⁹ mūdat sorulare aut ca ligā q̄ aiaz suā. Aug Quid ē qō velis hre malū Dices mihi nihil oino: nyxorē: nō fi liū nō ancillā: nō tunicā. Postremo nec caligā: t tū vis hre malā vitā: rogo te p̄ pone aiaz tuā calige tue. Idē lib. de doc. chr̄iana. Hō mal⁹ plus diligit mortē q̄ vi tā: eo ꝙ vult hre mortē bonā t vitaz ma lā. Pō Qui mali, iniq. odit aiam suam. Ne tardes igit o miser hō ne tardes ad dñm ꝙuerti ne differas bonū opari: t ꝺo fuire Si em̄ h̄ a iuuētute inceperis: amplioz⁹ de bonitas tua erit. Eccs. xj. Mane se mina semen tuū: t vespe ne cesset manus tua qz nescis ḋ hoz magis hiaf: si autez vtrūqz simul melius erit. Hec ibi.

Scōa est vtilitas firmioris tenacitatis qz q̄nto citi⁹ icipit bñ opa ri tāto pfūdi⁹ infigit radix ꝓtutis: quēad modū t radix arboris t diuti⁹ fuak: t ita ex h̄ ꝓtutes tenaci⁹ t firmi⁹ radicank: qz ꝺt Horaci⁹. Quo semel ē imbuta recens suabit odorē testa diu. Hec ille. sil⁹ t ve stis noua plicāz lana colorē. Jō ꝺr Aristo teles. ij. Eth. Nō paz refert ꝙsltim exiu uene sic vel sic assuefieri. Hec ibi.

Tertia est vtilitas dulcioris iocūditatis qz ex h̄ reddit opatio ꝛtu tis delectabilioz ex ꝙsuetudie: qz fm Ari storek. ij. Eth. habit⁹ facit ꝺlectabilr opa ri. Et Tull⁹ ꝺ. Optima viuēdi forma ē eligēda quā iocūdā reddet ꝙsuetudo. Jō in li. ꝺ senectute. Cōscia bñ acte vite mul toz q̄ factoz recordatio iocundissima est. Hec ille.

Quarta ē vtilitas certioris securitatz. Sic em̄ hō securius vivit. Prouer. xv. Secura mēs q̄si iuge ꝙuiuiū Efficit aūt exinde securioz hō triplici se curitate. Prio ē securioz a tioze dolose de ceptōis. Sic em̄ securi⁹ triūphat t vincit dolositatē diabolicā. Ylñ. j. Re. xvij. legi tur. ꝙ ꝺ ꝑcussit golia i frōte t sic eū infre cit. Jn frōte diabolū ꝑcutit ḋ i ꝓncipio vi te eū devicit Xre. in mor. Lubric⁹ ē hostz ātiquus ḋ nisi capite teneak totz viscerib⁹ illabit. Hec ille. Et Beda sr̄ lu. Diabol⁹ q̄nto diuti⁹ possedit: tāto difficili⁹ dimit tit. Hoc itaqz a iuuētute facite ꝰ diabolū qō hortak btus iacob. Ja. iij. Resistite diabolo t fugiet a vob. Hec ibi. Scōo efficit securioz a tioze i ꝓuise ꝓoccupatōis Qui ei in pctis morāk mltū timere debēt ne ꝓoccupēk a morte. Qui ꝓo cito ad deū se ꝙuertit t bōis se exercēt opib⁹ securio res fiūt. Ber. Secura vita vbi pura ꝛscia vbi moꝛs expectak cū securitate t suscipik cū dulcedie. Hec ille. Sen. Oktos vitā

differẽtes mors incerta ꝓuenit Ita cꝫ oĩs dies veluti ylri⁹ iudicãd⁹ ẽ. Hec ille. señ. Pulcꝫ ẽ añ mortẽ ꝓsũmare vitã: deiñ expectare secuꝫ reliquã tpis ptẽ. Hec ille. Pulcꝫ ẽ itaꝫ sic viuere añcꝫ mors vẽiat acsi iã eẽt vita ꝓpe ꝓsũmatõz z finẽ. Auis vidẽs sagittariu arcũ extẽsum cũ sagitta tenentẽ nõ expectat ictũ sagitte sz euolat. Hõ ãt fatu⁹ expectat ictũ mortẽ: qõ ꝫ dicẽ ps. Nisi ꝙuersi fueritꝫ gladiũ suũ vibrauit arcũ suũ tetẽ. z pa. illũ. et i eo gauit vasa mortis ꝛc. Cõsiderate vos iuuenes ꝙsiderate qm̃ ita cito morĩk virtul⁹ sic vacca. Ita cito frãgĩk vas terreũ nouũ sic vet⁹: z citi⁹ am putak arbor iuuentis cꝫ ãtiq̃. Pẽsate insup qm̃ securi⁹ ẽ a ꝓncipio laqos euadere cꝫ sese magis ac magis fortι⁹ irretire. qz sic ỏt sap̃. Eccl. iij. Qui amat piculũ pibit in illo. Hec ibi. ¶ Tertio fit securior a timore piculose dubitatõis q̃. s. dubia ẽ pnia q̃ vsqꝫ ad finẽ differk. Aug. Pnia in morte satꝫ picl'osa ẽ: qz nõ inuenik in sacra scriptura ntiũ vn⁹. s. latro q̃ in fine ꝙe penituit Ille vt null⁹ desperet: sol⁹ vt nẽo ꝓsumat: qz in sano boie pnia ẽ sana: in infirmo ifirma in mortuo mortua. Hec ille. Jõ. Si ꝯs posit⁹ i ylria nẽitare voluerit accipe pniaz fateor illi: non negamus qõ petit. Pniam vare possum⁹: securitatẽ ꝓ ñ. Nũq̃d dico dãnabiliter: sz nec dico saluabiliter. Vis ẽ a dubio liberari: age pniaz dũ sanus es. Si sic agꝫ: dico tibi q̃ securꝰ es qz pniaz egisti eo tpe q̃ peccare potuisti. Si vis agere pniaz qñ peccare ñ potes: pcã te dimiserẽt ñ tu illa. Hec Aug. ỏ pnia di. vij. Cogitate igr qm̃ mlto securi⁹ ẽ egritudinis cãs fugere z picul' morboꝝ obuiare cꝫ post egritudinis ꝙflictũ medicinã q̃rere. Et securius mlto ẽ in ꝓncipio egritudis medicinã adhibere cꝫ post inueteratõz morbi expectare. Eccl. xviij. Añ lãguorẽ adhibe medicinã. Hec ibi. Lep̃ inueterata z gutta inosata curari ñ pñt. De impio ãt dr̃. Job. xx. Ossa illius iplebũk vicꝫs adolescẽtie sue. Hec ibi. Equ⁹ q̃ diu ꝙsueuit trotare nũcꝫ postea vocari ꝓt alr̃ ãbulare. Sic igĩk in ꝓncipio q̃rẽdũ ẽ remediũ añcꝫ petm̃ sit inueteratum z inosatum. Et pueri in etate tenera docẽdi sunt z in virtutũ opibus exercendi. quia dr̃ Prouerb. xxij. Adolescẽs ãbulãs iuxta vĩã suã ẽt cũ senuerit ñ recedet ab ea. Hec ibi. Sz o dolẽdã abusionẽ Sperãt plũmi bonũ finẽ hre cũ tota vitã suã mala habuerit: dicẽtes cũ balã ꝓpha malo. Nũeri. xxiij. Moriak aia mea morte iustoꝝ z fiant nouissima mea hoꝝ sil'a Hec ibi. Sz hec duo ñ bñ ꝙsonãt vt sit vita mala z quẽiak ad finẽ bonoꝝ. Idcirco impũssimo iudici d. daniel. Dañ. xiij. Inueterate diez malorꝝ nũc veneꝛt pcã tua q̃ opabaris ꝓius. Hec ib i.

Quita ẽ vtilitas gratiosis acceptatõis.

Grati⁹ ei ẽ ỏo fuitiũ eoꝝ q̃ cito ꝙuertũk ad eũ: z opa a iuuẽtute facta ceterꝫ paribꝰ ꝛtiora sẽ ỏo Vñ michee vij. Precoꝫs sic⁹ ỏsiderauit aia mea. Itẽ in lege ꝓcepit dñs oẽ ꝓmogenitũ z ꝓmitias frugũ z oiz fructuũ sibi offerri in signũ z documẽtũ q̃ hõ ỏ flore iuuẽtutis sue dz offerre ỏo nouũ fructũ z sacrificiũ. O cꝫ insensati z mirabiles sũt q̃ alr̃ faciũt. Taleꝫ em̃ qỏ pulcrius ẽ in vita sua offerꝛ diabolo vl' mõo tãcꝫ dño suo z q̃si feces ỏo reppuant q̃ timere deberẽt ne biberẽt ỏ fecib⁹ caliꝫ ire ỏi. ps̃. Fex eius nõ ẽ exinanita: bibẽt ex eo oẽs pctõres tre. Nõne stultus eẽt z iniurĩã dño suo faceret q̃ vellet eũ cibaꝛ ỏ pane corrupto z ỏ furfure vitꝫ sue aut feciꝭ vini potare: vl' ỏ rosis aut floribus iã marcidis vel ỏ fructiꝭ putrefactꝫ sibi exenĩũ facere? Dz g̃ hõ a ꝓncipio vitã suã offerre ỏo ꝓ scta opa qm̃ sic fiet ỏo acceptior. Jõ dñs dicebat Matth. xix. Sinite paruulos venire ad me.

Sexta est vtilitas plenioris euasiõis.

qz ex ꝫ pleni⁹ euadit hõ non solũ penas iferni sz ẽt purgatorij. Etsi em̃ ille q̃ tarde ꝙuertĩk saluek. sic tñ salu⁹ erit q̃si ꝑ ignẽ. vt dr̃. j. Cor. iij. Per acceleratõnẽ autẽ ꝙuersiõis ad deũ euitari ꝑt ignis purgatorij Et hec euasio ẽ magnũ bonũ. cũ ỏm Aug. ỏ pnia. dis. ij. Ignis iste sit acerbissimus.

Septia ẽ vtilitas vberioris remũeratõis.

Cũ ei ex ꝫ accumulz hõ maiorẽ hõoꝝ opeꝝ z meritoꝝ mlitudinẽ maiorẽ ẽt exiñ reportat glĩe remũeratõez qz vt ỏt ps̃. Tu reddes vnicui. fz opa sua Et dict⁹ itaꝫ ꝓpẽdere possum⁹ q̃stas vtilitates fructuosas reportauit gl'iosus vir

di martin⁹ ex illa gfosa puerīoe q̄ a dño i
uuctute puetus ē. Et h̄ em̄ fuit bonitas
ei⁹ z sctitas ap̄lissima volūtas ei⁹ i di ser
uitio tenacissima atq; firmissima z sic dis
currēdo vsq; ad septimā vtilitatē.ex q̄rē
plari possum⁹ singularē celestis gr̄e excel
lētiā i b.martino q̄ pma etate do fuire di
uotissime cepit. Jugit die noctuq; pseue
rauit z lōgo tpe ꝓtinuauit. vixit em annis.
lxxxx. hec itaq; dicta sūt de pma excellētia
q̄ ē excellētia gr̄tiose puētionis. Ecci.xliij.
Jnuepit gratiā coꝝ oculis dñi.

Scda ē excellētia fructose pfectionis.
Et hec fuit cā meritoria ḡre btūs
mar.sp magꝝ ac magꝝ placuit deo.
Perfect⁹ sic ē fuerat in oi frute. vñ de eo
bñ dici pt illō Ecci.l. Quasi vas auri soli
dū ornatū oi lapide pcioso. i. oi frute: fr⁹
ci dr lapis ppt stabilitatē ei⁹: qr hoiez sta
bilē facit z firmū in psperis & aduersis: p⁹
cipue⁹ vo ppt dignitatē z pcū opis merito
rū ꝓcedētis ex frute. Om̄ at nō de oibus
martyni frutib⁹ dicere possum⁹: Jdcirco
pnūc tm̄ ꝓtēplabimur septez ex eis pcī
puas pfectiones fructuosas ꝑter quas maxi
me placuit deo.

Prima ē admirāda fidei sinceritas.
Scda ē imitāda būilitatꝝ pfūditas.
Tertia ē venerāda castitatꝝ integritas
Quarta ē cōmēdāda ffne pietatꝝ beni
Quita ē ꝓtēplāda dine charitatis (gnitas.
Sexta ē magnificāda car (tatꝝ lībitas
nis austeritas.
Septia ē obfuāda ꝺuotōis assiduitas

Prīa igit pfectio virtuo⁹

sa ē admirāda fidei sinceritas q̄ fac hoiez
placere do. Ecci.j. Būplacitū ē do fides
z mānsuetudo: zh qz fides do subīcit itel
lectū z mānsuetudo affectū. Appuit āt i b.
martio fidei sinceritas cū ꝺm mānsuetudie
pcipue ex tribus. Primo ex securitate
ꝓfidētie aduers⁹ co:pales inimicos. Cuz
ei martin⁹ iā baptizat⁹ adhuc gerez birū
militarē: irruētib⁹ itra gallias barbarꝝ Ju
lian⁹ cesar ꝓ eos pugtur⁹ pecunias militi
b⁹ erogauit: ac martin⁹ nolēs deiceps mi
litare donatiuū recipe noluit: sed cesari d.
Chr̄i miles ego sū. pugnare iā vlteri⁹ no
lo. Jndign⁹ Julian⁹ dr. q̄ ñ relig̃iōis gr̄a
sz metu bāli iminēt militie resig̃ret. Cui
m artin⁹ ītrepidus rndit. Ut scias q̄ ñ ex
ignauia sz ex fide sic log̃r crastina die ad
ciē inermis astabo. Et i noie chr̄i signo
crucꝝ ñ clypeo ꝓtect⁹ aut galea bostiū cu⁹
neos penetrabo securus: vide q̄ntā bēat
frue fidei securitatē. Cū aūt custodirēt vt
iermis barbarꝝ obīcerēt seq̄nti die hostes
legationē misert sua oia seq; cesari offerē
tes. Vñ nō ē dubiū q⁹ scti viri meritꝝ tal
sine sanguie victoria data ē. Jtē apparet se
curitas ꝓfidētie i eo aliūd Nā cū morā ia
liq̄ diu traxisset cū btō hilario pictauēn
epo z ab eo eēt acholyt⁹ ordinat⁹ mone
tus ē a dño p sopore vt parētes suos ad
huc gētiles visitaret. Cūq; ꝑgeret inf al⁹
pes incidit in latrones. Cūq; vn⁹ in caput
ei⁹ securi vib:rasset: ictū ferietis dextre sustī
nuit alē. Victis tñ post ter gū manib⁹ vni
eoꝝ custodiēd⁹ tradit. Percontāti ār la
troni an timuisꝝ rndit nūq; se ita fuisse cu
q̄ sciret di miaz maxie i tētatōib⁹ af
futurā. Latrōi igit fidē chr̄i ꝓdicauit z eū
ꝙuertit: q̄ martinū ad via rducēs laudabi
lē p⁹ modū vitā duxit. Scdo apparet fi
dei sinceritas ex firmitate victoriez spūa
les aduersarios. Cū em̄ ꝑgēs ad visitādū
parētes mediolanū ꝑterisſz: diabol⁹ i hu
mana spē sibi obuī⁹ fuit: z q̄ rēderet reḡsti
uit. Cui cum respondisset martinus: ille
ait. Quocūq; ierz: diabol⁹ tibi aduersabit
Maron⁹ ār rndit. Dñs mihi adiutor: nō
timebo tc. Et stati ille euanuit. Fuit ita⁹
q; martin⁹ z mrez q̄dē ꝙuertit: sz pr̄ in er⁹
rore pmānsit. Apparebit ēt in articlo seq̄n
ti q̄ victorios⁹: sp fuerit martin⁹ ꝺ diabo
lū. Tertio ex fidelitate resistēte ꝺ here
ticos. Cū em̄ heresis arriana p totū orbē
pullularet z ille pene sol⁹ obsisteret publi
ce cesus z de ciuitate eiect⁹ mediolanū re
dijt. Sz z inde ab arrianis eiect⁹ ēt ad in
sulā gallinariā cū vno pbro prexit. Dul⁹
ta q̄q; alia aduersa p fide ꝺefēdēda sustī
nuit offerēs ēt se morti p fide. Jō cātat ō
eo ℣ scissia aia quā zsi gladi⁹ psecutor: ñ
abstulit: palmā tñ martyrij ñ amisit. Pal⁹
ma em̄ dr pmiū corrōdēs volūtati siue de
siderio martyrij: sic aureola dr pmiū corr
rōdēs opi siue actuali martyrio. Ex his
itaq; ptz admirāda fidei sinceritas in btō
mar. ppt quā maxie placuit deo. Vñ z p
fidē habit chr̄s in cordib⁹ nr̄is. sic dr ap⁹s
Eph.iij. Et p fidē hspōsat aia chr̄o. Oste
ij. Spōsabo te mihi in fide. Et p fidē effi

cit hõ filiꝰ ôi. Gal.iij. Filij ôi estis p fidez in ch̃o iesu. Imitemur g martinũ in hac fidei sinceritate vt ôo placere valeamus: qz ait Heb.xj. Sine fide ipossibile ē placere ôo. Et Jo.iij. Qui incredulꝰ ē manet ira ôi sup eũ. Timeo q̃ppe timeo' plurimũ ne ēt inf̃ chr̃ianos plurimi sint incredulꝰ: qz ôr Bern̄. Putas ne filiũ ôi r̃putat iesũ q̃s ille ē q̃ nec ipi terrek ꝛminatiõib: nec attrahit ꝓmissiõib: nec ꝓceptꝫ obtẽperat: nec cõsilijs adq̃escit. Etsi fateꝫ ore se cognoscere deũ: factꝫ tñ negat. Hec ille. Si officiarij hui tpis crederẽt ẏbis saluatoris: ñ eẽnt exactores: exactatores: nec mercatores usurarij: ꝛ sic de alijs singulis.

Secda pfectio virtuosa ꝓ

ꝓ quã placuit ôo ē imitãda hũlitatꝫ ꝓfũditas. Vñ Ja.iij. Hũilib dat gr̃az Jgitur ꝛ magis hũilib maiorẽ gr̃am. Maxime g̃ ôo placuit martinꝰ ꝛ maxiaz gr̃az dedit ei deꝰ qz eius hũilitas fuit maxima Est em̄ hũilitas q̃dã q̃ q̃s se subdit maiori: ꝛ hec ē nẽitatꝫ. Heb.xij. Obedite ꝓpositis vr̄is ꝛ subiacete eis. Alia q̃ q̃s se subdit eq̃li Ro.xij. Hõre iuicẽ ꝓuẽientes. Alia q̃ minori. Lu.xxij. Qui maior ē vob fiat sic minor ꝛc. Eccl.iij. q̃nto magnꝰ es hũilia te in oib ꝛ coram ôo inuenies gr̃az. qm̄ magꝰ ē potẽtia ôi solꝰ ꝛ ab hũilib bonorat. Hec ibi. Ꝑia hũilitas ē bona ꝛ magꝫ Scda maior. tertia maxia: hãc ꝓ nob assũpsit deꝰ q̃ discipul suis ministrabat. Et hãc exẽplo dñi imitatꝰ ē martinꝰ. Nã cũ eẽt tribuni filiꝰ vnico tñ suo ꝓtentus erat cũ adhuc militarẽ eum ꝛ sepe ministrabat ꝛ calciamẽta detrahebat ꝛ tergebat. Jtẽ pz eiꝰ hũilitas: qz vix induci potuit vt epatũ acceptaret. Jtẽ in h̃ pz eiꝰ hũilitas qz nũq̃ cathedra usus ē sz in secreto sedẽ hũit rusticanã quã tripodẽ vocãt. Jn ecclia ãt nẽo vnq̃ illũ sedere ꝓspexit. Jtẽ ptz maxima eius hũilitas. Nã leꝑsuz cũctis horribilẽ parisi obuiũ hñs osculatꝰ ē ꝛ bñdixit statiq̃ mũdatus est. Emulamini igit hãc martini hũilitatẽ vt sic ôo placeatis: qz Amos. vj. di. dñs. exercituũ detestor ego supbiã. Et Eccl.x. Odibilẽ coram ôo ꝛ hoibꝰ supbia. Et Ja.iij. Supbis deus resistit. Et Gre. Euidẽtissimũ signũ repbor est supbia: electorꝫ ãt hũilitas.

Tertia ē pfectio virtuosa

ꝓ quã placuit ôo ē venerãda castitatis integritas. Eccl.xxvj. Nõ ē digna põderatio aie ꝓtinẽtis. Est aũt ꝑplex castitas vicz ꝓiugalis vt in ãna mr̃e marie: vidualis: vt in ãna de q̃ legit Lu.ij. ẏginal vt in maria. Ꝑria multũ placet ôo. scda magꝫ tertia maxima. Vñ ꝛ spali q̃dam mõ ôor ẏgines ꝓcomitari chr̃m. Apoc.xiiij. virgines em̄ sũt ꝛ sequũt agnũ q̃cunq̃ ierit. hãc itaq̃ ẏginalẽ castitatẽ hũit martinꝰ vñ in testimoniũ sue ẏgitatis caro sua mirabilr post mortẽ remitebat: vt postea dicem. Jtẽ legit in dial.se.ꝛ gal. q ẏgines maria mr̃ ôi agnes ꝛ tecla sponꝰ eũ visitabãt ꝛ h̃ in testimoniũ sue ẏginitatis. Seqũmur g̃ bt̃m martinũ i amore ꝛ obseruãtia pure castitatꝫ vnusq̃sq̃ ꝑm suũ statꝰ ꝓditorẽ vt ôo placeres efficiamur: q̃ vt di. ber. Ue his q̃ i carne ãbulãt: ôo placere non pñt. Hec ille. vñ ꝛ Matt. viij. ꝛ Lu. viij. Permisit dñs legionẽ ꝺemonũ intrare in porcos q̃s subito in mare ꝓcipitauerũt: q porcos itellige carnales ꝛ luxuriosos bestialit ꝛ more porcino viuẽtes.

Quarta pfectio virtuosa

ꝓ quã placuit ôo ē cõmẽdãda ffne pietatis benignitas. Pouer.xxj. Facere miaz magꝫ placet ôo q̃ victime. Est aũt pietas seu mia ad pauperes in triplici differentia. vna ē dare ptẽ de supfluo Luc.xij. qõ supꝫ est dare eleemosynã ꝛc. scda ē dare oia supfluaz retinere tãtũ qõ necessariũ ē. j. Corvij. q vtũq̃ h̃ mũdo tãq̃ nõ vtẽtes. ꝛc. tertia est dare ẽt qõ necessariũ est. ñ fec vidua. Lu.xxj. Prima est magꝫ. scda maior. tertia maxima. Et hãc hũit martinꝰ qui tpe hiberno chlamydẽ diuisit ꝛ ptẽ pauperi nudo tribuit in porta ãbianensiũ: q̃ pte chr̃m idutũ seq̃nti nocte ꝓspexit vt dicemus postea. Jtẽ alia vice pauꝑi nudo tunicã ꝓpriã q̃ indutꝰ erat tribuit cum ad eccl̃iaz ꝑgeret missã celebraturꝰ: vide hec ꝛ alia plenꝰ i legẽdis. Jtaq̃ exẽplo martini estote pũ ꝛ mifico rdes pauꝑib: vt ipi dño placeatꝫ tãq̃ ꝑsone ꝑpe exhibitũ accipiat qõ pauꝑib ꝓpter eius amorẽ datur. Matth.xv. Qõ vni ex minimis meis fecistis mihi fecistis. Jmmisericordes ãt ôo

placere nō pñt. Vñ.j. Jo.iij. Qui hūerit
substā mōi but⁹ z vi.fra.suū nec. ha.z cl.
vi.sua ab eo: quō cha.dei ma.in illo: Hec
ibi. Fuit pfecto ī btō martio erga oēs ma
xima pietas z benignitas. Sūt eqdē aliq
benigni socijs z amicis: sed nō extraneis.
Alij vo etiā extraneis: nō tñ molestātib⁹:
sed martin⁹ etiā benign⁹ fuit molestātib⁹
sicut latroni q eū cepat. Jtē cū esset pōti⁹
fex ꝑpune sepe a clericis ledebat: nec ꝑpt h
eos a sua charitate repellebat. Nemo illū
vnq̄ vidit iratū: nemo mestē: sz nēq̄ ri
dentē: nūq̄ in illi⁹ ore nisi chīs: nūq̄ i illi⁹
corde nisi pietas: nisi pax: nisi mia inerat.
Legit q̄z in dial. seueri z galli ep̄aticēter
et q̄si mut⁹ ꝓstinuit guttissima ꝓbera a mi
litib⁹ de cōtra venientib⁹: z q benign⁹ z mi
sericors fuit eis parcēdo sibi z idulgēdo z
suos eq̄s licētiando q adeo fixi manebāt:
vt q̄ntūcūq̄ flagellarēt nō sueri nō possēt
vide legēd. Jtē mirā ꝓpassionēz benigni
tatē erga delinq̄ntes hebat: qz oēs penite
re volētes suauissime recipiebat: vñ z cum
sup h diabol⁹ eū reph̄enderet: rūdit. Si tu
ips o mirabilis si penitere velles: ego tibi
ꝓfisus in dño miaz pollicerer. Sim⁹ itaq̄z
inuicē benigni z misericordes exēplū mar
tini imo pot⁹ z ipi⁹ chī ꝓsiderātes Eph̄.
iiij. Estote inuicē benigni: misercōes donātes
inuicē sicut et de⁹ in chīo donauit vobis
Hec ibi. Aliq̄ q ꝓpe do placere ñ possim⁹
nisi inuicē benigni z misercōes fuerim⁹. imo
dr Ja.ij. Judiciū sine mi.fi.ei q ñ fe.mi. et
Matt.xviij. Seru⁹ neq̄ q noluit miseri
ꝓfui sui iussus est tradi tortorib⁹ ꝛc.

Quinta pfectio virtuosa

ꝓpter quā btūs martin⁹ deo placuit ē ꝓtē
plāda dine charitat⁹ sublimitas. Sane q
deū diligit deo placz z a deo diliḡit. Pro
uerb. viij. Ego diligētes me dil. Et Joā.
xiiij. Qui dil. me dilt. a pa. meo z eg. di. eū.
ꝛc. Fuit āt in btō mar. excellētia q̄dā cha
ritat⁹ ad deū. Magna q̄dē est charitas q̄
exponit sua. Can. vlti. Fort⁹ ē vt mors di
lectio: qz vicz oīa ꝓpellit expōere: z h ꝓ di
amore fecit martin⁹. Maior est q exponit
corp⁹ ꝓpū. Ro. viij. Cert⁹ sū q neq̄ mors
sepabit a charitate dei. Et hāc habuit mar
tin⁹ q mltis tribulatōib⁹ imo z morti cor
pus voluntarie obtulit. Maxia aūt est que
spīn z volūtatē totaliter deo offert in holo
caustū. Bern. Sūm⁹ grad⁹ charitat⁹ est
seipm relinq̄re ꝓpter deū. Hec ber. Et h fe
cit martin⁹ p religiōis ꝓfessiōz z in illo sā
cto ꝓposito firm⁹ ꝓseuerauit vsq̄z ad mortē
Vñ cū indicaret discipulis se ia resoluiret
oēs flentes dicerēt: Cur nos pz deser⁹ ꝛc.
Ille mor⁹ eoz fletib⁹ flens q̄z sic orauit.
Dñe si adhuc ꝓlo tuo fū ncar⁹ nō recuso
laborem: fiat volūtas tua. Jmitātes itaq̄z
gl'iosuz hūc vir̄ satagam⁹ deū ex toto cor
de diligere z volūtatē nr̄az oino sibi subij
cere si deo volum⁹ placere: qz vt ōt Aug.
Ve misere aie q̄ chīm nō amat: arida ma
net z misera: pdit q̄ vult q deum nō dili
git. Hoc ille.

Sexta pfectio virtuosa ē

magnificāda earnis austeritas. Q, aūt p
hāc hō placeat deo ptz qz paul⁹ ne deo dis
pliceret z ab eo reprobaret castigabat cor
pus suū. Vñ dicebat. j. Cor. ix. Castigo
corp⁹ meū z in fui. redi. ne forte cū alijs p
dicaueri ips reprob⁹ efficiar. z idē ad Ro.
xij. Exhibeatz corpa ve. hostiā vi. do pla.
Hec ibi. Fuit aūt in btō mar. mia carnis austeritas. Bona q̄dē ē tpantia i abūdātia Phil. iiij. Scio abūdare. Melior āt est patia in penuria Phil. iiij. Et penuria pati. Sed optia est obſuātia volūtaria i opie z austeritas in abūdātia. Bern. Nō martyriū graui⁹ q̄z inter epulas esurire: inter vestes algere: inter diuitias paupta tē sustinere: Hec ille. Hec austeritas fuit in martino q eps fact⁹ eandē austeritatē z sobrietatē suauit quā suauerat monach⁹ Fuit aūt sibiꝑi auster⁹ multū tripliciter.

¶ Primo in victu qz in mōasterio cū frib⁹ suis radices herbaz mādducabat z aquā bi bebat: nec gustabat vinū nisi forte cū infir mitatis: z q̄si q̄tidie ieiunabat: grossū pa nē hora nona cōedebat. ¶ Secdo in vesti tu: qz die ac nocte cilicīū deferebat ¶ Ter tio in lecto siue in stratu. Cōsueuerat em nuda humo cilicio supiecto cubare z dor mire. Refert autez Seuerus in epistola ad Eusebiū: Q, cū martin⁹ in q̄dam su am diocesim venisset z clerici sibi lectū mol to stramie ꝓparasset: ille ibi q̄scēs ifuetā mollicie ꝓhorrescens: surgēs stramētū oē ꝓiecit z se super nudam humum collocat

uit. Circa medīā ꝓo noctē tota illa palea igne succēdit: z martin⁹ excitatus dū exire tētaret ꝫ neḡret ab igne capit. Rediēs ꝓo ad solitū oꝛonis ꝓfugiū z crucꝫ faciēs sigculū i medio ignis itact⁹ ꝑmāsit. Monachi igit excitati ꝯcurrūt z martinū quē iam ꝯsūptū putabāt ō medis flāmaꝛ ille/ suꝫ educūt. Ita cū b. martin⁹ molestia fe/ briū affligeret z tā viriḃ⁹ coꝛpis destituere tur z rogaret a discipul' vt i lecto suo vbi i cineꝛ cilicio ꝺcubabat stramētū aliqꝺ po neret: rndit. Nō decꝫ filij chr̄ianū nisi i ci/ neꝛ cilicio moꝛi. Ego si vob aliō exēplū ꝑbuero: ipse peccau. Ēūcꝫ supin⁹ sp iace/ ret z a ꝑbr̄is rogaret vt saltē coꝛpusculuꝫ mutatiōe lateꝛꝫ releuaret. Sinite me (iqt) frēs sinite celū potiꝰ r̄spicere q̄ꝫ trāvt spūs dirigat ad dn̄m. Satagite itaqꝫ ꝑ viriḃ⁹ carnē exēplo martini macerare: qꝛ dr̄ Ro. viij. Si ꝑm carnē viꝛeritis moꝛiemini.

Septia pfectio virtuosa

ꝓ quā deo placuit ē obꝑuāda ꝺuotiōis assiduitas Judith. viij. z ix. Hūilitū z mā sueroꝛ sc̄ribi placuit ōpcatio. Btūs martin⁹ sp aut oꝛoni aut lectōi insisteḃat. Inter legēdū aūt ẓiter operādū nūcꝫ aīm ab oꝛone laxabat. Vñ z ō ipo cātat. Oculis ac manib⁹ i celū sp intētus inuictū ab oꝛa tōe spm̄ nō flaxabat. Imitemur igit martinū in oꝛōis assiduitate z mētis ꝺuotiōe vt ꝺo placere mereamur. Ber. Nēo qui/ pēdat oꝛonē suā qm̄ ipe ad quē oꝛam⁹ nō quipēdit eā. Hec ille. Et Lu. xj. Pr̄ vr̄ ce lestꝫ ꝺabit spm̄ bonū petētib⁹ se. Sic ita/ qꝫ dictū ē ō ꝑtuosa pfectiōe bti marti ꝓ quā marie placuit ꝺoꝛ ecc̄iaꝫ illustrauit sue mire sctitatꝫ exēplo. Vñ de eo dicere possum⁹ qō scribit Ecc̄i. l. q̄si sol refulgēs sic ille effulsit in tēplo ꝺi. Hec ibi.

Tertia ē excellētia gl'iose manifesta tōis. Et hec ē manifesta euidētia q̄ noḃ ꝯstat btm̄ mar. ꝺo marie placuisse: qꝛ vicꝫ dn̄s tā gl'iose manifestauit pfectōꝫ ꝑtuꝫ. l. sctitatis bti martini: z euꝫ m'ripl'r honorificauit ac venerādū nob oñ dit. Juxta pmissuꝫ saluatoꝛis. Jo. xij. Si q̄s mihi mīstrauerit honorificabit eū pat me⁹ q̄ ē in cel'. Honorificauit itaqꝫ dn̄s btm̄ martinū manifestādo gl'ose collataꝫ sibi grām z ꝑtuosaꝫ eius pfectōꝫ z q̄ꝫ gtus atqꝫ placēs ꝺo fuerit. Et ꝺ p̄cipue per se/ ptim testimonia.

¶ Primū ē testimoniū dīne ꝓmēdatiōis.
¶ Scōm ē mirabil'apparitiōis.
¶ Tertiū ē spēalis vilitatiōis.
¶ Quartū ē mirac'ose coꝛuscatiōis.
¶ Quintū ē gl'ifice clarificatiōis.
¶ Sextū ē angelice modulatiōis.
¶ Septimū ē admirāde intumulatiōis.

Primū igit ē testimoniū

dīne cōmēdatiōis: qꝛ vicꝫ ipe dn̄s sibi ap/ parēs indut⁹ ꝓte illa chlamydis quā btūs martinus paup ꝺederat coꝛā angel' eū cō mēdauit dicēs. Martinus adhuc cathe/ cumin⁹ hac me veste ꝓtexit. Vñ ꝺ. Am/ bꝺs⁹ ō scō martino sic ait. Btūs marti/ nus ita pfectus inuētus ē vt ꝺn̄m texisꝫ in paupe: z veste quā egen⁹ acceꝑat mū di dn̄m induisset. O felix largitas quā di uinitas opak. O clamydis gl'iosa diuisio q̄ militē ꝓtexit z regē. O inestimabile do nū qō vestire meruit deitatē. digne huic dn̄e ꝓfessiōis tue p̄mia ꝓtulisti. Digne ei arrianoꝛ subiacuit feritas. Digne amoꝛe martyrij pſecutoꝛis toꝛmēta non timuit. Quid erit ꝑ oblatiōe integri coꝛpis rece ꝑtur⁹ q̄ ꝑ quātitate vestis exigue vestire deū meruit z videre. Hec ille.

Scōm est testimoniū mi/ rabilis apparitiōis.

Nā sic legit in dial', se uerꝰ galli cū in q̄dā festiuitate martinus ad eccl'iaꝫ preꝛisset missaꝫ celebraturꝰ zsi cut supꝺictū ē tunica ꝓpria se exuto pau/ perē quēdā vestitisꝫ z archidiacon⁹ mo/ neret eū vt ad solēnia peragēda ꝓcederet: ille ō se loq̄ns se ire ñ posse rndit dōec pau ꝑ vestē accipiat. Archidiacon⁹ ꝺo ñ intel/ ligēs q̄ cū extrinsecus capa tectus esset ipm̄ nudū inteꝛi⁹ nō videbat: pauperē nō adesse causat. At ille mihi inqt vestꝫ defe/ rak z paup nō deerit vestiēd⁹. Cōpulsus ille ad foꝛ vadit z vilē tunicā z curtā q̄ pe nula. i. pene nl'a ꝺr̄ afferēs añ pedes mar tini ꝛatus ꝓiecit. Quā ille secrete induit: cui⁹ manice vsq ad cubitū: z lōgitudo vs q ad genu ꝓtēdebak. Et sic missaꝫ cele/ braturꝰ ꝓcessit. Dū aūt missaꝫ celebraret: glob⁹ igne⁹ sup caput eius apparuit z a m'tis ibidē vis⁹ fuit. Jō ꝓpaꝛaplis ꝺr̄ ꝓ pē descēsuꝫ spūsscti sup eū i spe iguis. In

globo igneo tria sunt: lux calor: et leuitas sursuz eleuatiua. Jō ꝙ ℌ dant intelligi tria spūsancti sic apparēt opa i b. martino. ¶ Primū ē sapiaℓ claritas mēt illuiatiua. Ber. Spūsanctus i igne apparuit qz ꝙs repleuerit ueritatē cognicere facē. ¶ Secūz ē frnaℓ charitas mēt inflāmatia. Ber. Spūsanctus in igne appuit qz ꝙs ꝛpleuerit spū fortes facē et Ro. v. Charitas dī dif. ē i cor. no. ꝙ spūs scūs ꝛc. ¶ Tertiū ē spūaℓ libertas mēt ꝛ eleuatia. ℌ Cor. iij. Vbi spūs dñi ibi liber. Et Ezech. viij. Eleuauit me spūs inf celū ꝛ trā ꝛ adduxit me i hierlm in visiōe dei. Hec ibi. Nō taℓ ē libtas maloꝝ ꝙ qrūt libertatē male agēdi: ꝛ cū male egerint nolūt redargui. j. Pe. ij. Quasi liberi nō ḡsi velamē hntes malicie libtatē sz sic fui dī. In ℌ igit ꝙ spūsanctus apparuit sup caput bti martini declaraℓ i eo excellētia sapiaℓ claritatis feruētissime charitatꝛ et spūaℓ libertatꝛ. Addit ēt magr io. belerh. ꝙ tūc cū in missa manꝰ leuaret: ageli torēs aureos ꝛ gēmatos detulerūt qbꝫ nuda eius brachia ocerer operuerūt.

Tertiū ē testimoniū spēalis visitatōis.

Sepe em visitatꝰ est ab angelis scis tāq̄ vir ageliꝰ. Et cū semel ℓ. dēs ꝙ gdꝰ ḡuiter tortēt attritꝰ mēbris: nocte ab āgelico cetu ad itegrā recreatꝰ ē sanitatē. Jtē visitatꝰ ē a ꝓginib scis tāq̄ ꝓgo purissimꝰ vt ꝰ dictū ē. Jtē sepe se visitatū ab aplis petro ꝛ paulo testatꝰ ē: in q̄ oñdit eē vir aplicꝰ. Et nota iuxta p̄dicta ꝛ seq̄ntia quō b. martinꝰ testimonium hūit a ſōma trinitate. A pre cui appꝓat potētia ꝙ quā fūit miracla. Vultꝛ ei corruscauit miraculꝫ vt postea dicet. A filio q̄ ipm cotā āgeℓ cōmēdauit. Et a spūsco q̄ i ſpe ignis sup caput eiꝰ apparuit. Jtē testionū hūit ab āgeℓ: testimoniū ab aplis: testionū a ꝓginib. vt dictū ē. Nota etiaz quō in eo sūt dignitates singulorꝝ ordinū scorꝝ. Fuit em ꝓpha vt dicemꝰ postea: cōpar aplis: martyr affectu: ꝓgo purissimꝰ: confessor ꝛ pōtifex eximiꝰ. Vñ dr gēma sacerdotū ꝓpter sctitatꝛ eiꝰ excellētiā. Vñ ꝛ dicī ꝑt pharcha. i. pr principaℓ. Quare meritō vniuersaℓ eiꝰ festū ꝙ totā eccīam celebraℓ ꝛ a fidelib vbiq̄ venerat. Nec videt eē sctus aliꝰ in cuiꝰ reuerētiā tot sint eccīe dedicate sic reperiūt in reuerētiā bti martini. Et ℌ ē ēt magnū testionū sue sanctitatis

Quartū ē testionū miraculose opatōis.

Fec em miracla multiplr p̄ cipue explr. ¶ Primo circa creaturas pure spūales: demōes ejcīendo ꝛ cogēndo. Tetradꝫ em pcōsularis viri fuuz manꝰ ipositiōe a dōmonio liberauit. Vñ ille tetradꝰ cū tota domo sua ad fidē uersꝰ ē. Jtē vt legr i diaℓ. se. ꝛ gal. cū vacca funibus data a dēonio agitata ꝑꝰ martinū ꝛ socios i via occurreret: ille icrepās. Discede inqt funeste de pecude: q̄ ptinꝰ discedēte: vacca ad eiꝰ pedes ꝓsternit: ꝛ ad eiꝰ ipius cuz māsuetudie ad gregē fuertit. Jtē narrat vin. i speco histo. q̄ die q̄dā diabolꝰ regaliꝫ iduꝰ lera facie martio ozāti appuit di. Agsce martie: quē colꝫ chrs ego sū. Et cū martinꝰ taceret: iteꝝ dixit. Quid dubitas credere? Martinꝰ āt a spūsco doctus ait. Dñs ieſꝰ chrs ñ se purpuratū ꝛ diademate renitētē vētuꝝ eē pdixit. Ad hāc ego ille staℓ vt fumꝰ euanuit. Jtē narrat ibidē. q̄ martinꝰ cuiusdā p̄fectꝫ familias domū seℓ igressꝰ i ipo luie restitit vi. hominibus dēoniꝰ in atrio domꝰ se videre. Cui cū vt discederet ipraret: quēdā a familia arripuit q̄ seuire dētib cepit ꝛ obuios q̄q̄ lacerare. Cōmota ē domꝰ ꝛ turbata. Martinꝰ āt furētī se obiciēs staℓ impauit. Cui ei morsū hiāti ozeꝝ dētib fremētib minarek: digitos ei martinꝰ in os intulit di. Si hēs aliq̄d ptātꝛbos buoza. Tūc ho acsi ferrū cādēs acceptiſꝛ lōge reductꝛ dētib digitos bti viri vitabat attigere. Et cogerek exire nec ꝙ os exire liceret feda reliq̄ vestigia fluxu vētꝛ ē ejecꝰ. Diabolū itaq̄ tā ꝓspicabilē hēbat vt sine se i ꝓpa substātia ꝓtineret sine sub alijs figuris ab eo viderek ꝛ cogscerek. Et cū diabolꝰ sciret se eū latere ñ posse cōuictus eū freqnt vigebat qz insidijs fallere ñ possꝫ. Jtē cū in extremis laboraret: vidit diabolū assistere. Quid ℌ (inqt) astas cruēta bestia? Nihil ime funestū repies: me sin abrae recipiet. O q̄ timere dēnt extremū exitū misi pōres superbi: auari: luxuriosi: q̄n inocētissimꝰ martinꝰ hūillimꝰ miscōtissimꝰ: ꝛ ꝓgo purissimꝰ i exitu suo astātē hūit diabolū. Martinꝰ āt pꝰ visionē illā eadē nocte spūs deo reddidit circa ānū dñi. cccc. xlviij. circa vite sue ānū. lxxxj. ꝛ epatꝰ sui āno. xxvj. ꝓba

tissim⁹ miles⁊ victoriosissim⁹ ꝯ diabolu⁊ Scõo circa creaturas pure corpales. s. insensibiles ⁊ irrõales. Pz ō igne q̄ sibi obediebat: sic pz cū i medio ignis iract⁹ pmāsit: vt s dictū ē in scõo pncipali articlo circa sextā pfectõz. Jtē narrat vin. in spe. hi. Cū in phano q̄dā ārig̃ssimo ignē imisissz: in quādā inhērētē domū agēte vēto flam ma⁊ globo ferebat. Qō vbi martin⁹ aduertit: rapido cursu rectū dom⁹ scādit: obuiū se adueniētibo flāmis iferēs. Tūpo mirū imodū cerneres ꝓriū vēto igne retorq̄ri ⁊ ꝓtute martini ibi tm ignis opatus est vbi iussus ē. Jtē ag̃ sibi obediebat. Nā legit in dial. se. ⁊ gal. Cū nauis q̄dā pclita rer: q̄dā negociato⁊ nec dū chr̃ian⁹ excla mauit. O martine eripe nos. Et statī trā q̄llitas mag̃ successit. Jtē vegetabilia sibi obediebāt. Nā cū in q̄dā loco tēplū ārig̃simū diruissz arborē pinū phāo illi, pria⁊ diabolo ēt dedicatā aggress⁹ excidere: ce pit turba gētiliū obsistere. Un⁹ aūt dixit. Si de ōo tuo fiducia hēs nosip̄ succidemus ⁊ tu ruētē excipe. Martinū g̃ irrepi dū statuūt, vbi pin⁹ ruitura erat: at ille arbori iā sup se ruēti manu leuata signū salutis oppo⁊it: ⁊ illa turbis mō retro acta i p tē oppositā ruit ⁊ rusticos gētiles fere op pssit: q̄ viso miracko ad fidē ꝓuersi sūt. Jtē aialia irrōabilia sibi obediebāt. Legit in pdicto dial. q̄ canib⁹ iseq̄ntib⁹ lepusculuz impauit ⁊ mox illi q̄si frēti māserēt. Jtē cuidā cani latrāti dixit q̄dā ex discipul⁹ martini Jn noie martī iubeo te obmutescere: ⁊ ꝓtuo ōmutuit Jtē ad q̄ndā fpētē natārē pfluuiū ait mar. Jn noie dñi iubeo te redire: ⁊ mox ad aliā ripā redijt. Jngemiscēs q̄ martin⁹ ait: fpētes me audiūt ⁊ homes nō audiūt. Jtē anib⁹. s. mergꝯ pisces i fluuio natib⁹ ipauit ⁊ stati siluas petierūt. Jn hāc q̄sic ei obediebāt creature inuīk manifestatio sue inocētie. Nā sic ex gen̄ j. in statu inocētie oia aialia obediebāt hoi.

Tertio fec̄ miracla circa creaturas pri corpales ⁊ pti spūales. s. homes. Et h̄ triplr.

